THOMÆ GALLETTI PRESBYT. I.C. RELIGIOSVS.

CVI ADNECTVNTVR Sanctorum aliquot varia Opuscula nondum edita, eiusdem Authoris studio & operâ collecta.

Cum Indice omnium perneccssario.

BIBLIOTECA MAZ
ARINA
REGIO EMANUELE B

LVGDVNI,

Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXV.

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISS. D. D. Petro Guicciardino, Magni Etruriæ Ducis apud Pontificem Legato.

TRactatum perbreuem de Religioſi officio, Petre clariſſime, ad te mitto, quando aliud quid edendi facultas non datur. Nemo, ſanè putem, ob id me reprehendet, ac ſi videar argumentum dignitati tuæ, ac muneri quo defungeris parum accommodatum elegiſſe. Planè fatear, maluiſſem ego ex tam multis quæ iampri-

dem elaboraui, ac domi ſilent, & latẽt: aliquid de rebus Principum, ac ratione Status mittere: ab hoc nihilominus libenter ordior, quod fortaſſe quiſpiam monachis aut clericis dicaſſet. Nõne vides, nonne percipis? propero, feſtino te venerari, magnum ſanè virum, qui animo, ore, ac manu demonſtras, te ex ea familia ortum eſſe, è qua velut ex equo Troiano, tot Senatores grauiſſimi prodierunt, in nobiliſsimi patris ſummis honoribus ſumma cum laude perfuncti. Parces itaque feſtinanti, ſi muneris loco opuſculum offero quod obuium eſt. Neque tamen illud ſpernes (ſat ſcio) tractat enim de Religioſo, cuius formam qui accuratè moribus exprimit, vt Deo chariſsimus, ſic etiam Reip. vtiliſsimus eſt. Tu verò, qui Religioſos ac clericos impenſiùs honorare ſoles, cùm intelligas ſine exacto religionis cultu Regna & Principatus diu

ſtare

ſtare non poſſe (quod & Franciſcus Guicciardinus , veſtræ familiæ lumen, rerum politicarum peritiſſimus, quique plus vidit , Stagyrita, Seneca, ac Tacito, ſæpius affirmare conſueuit) Commentariolum de Religioſo, ea comitate ac humanitate in manus accipies , qua eius auctorem tuæ amplitudinis clientem excipere dignaris. Vale. Romæ, Kalend. Ianuarijs, 1615.

ELENCHVS EORVM omnium, quæ in Tractatu de Religioso, atque in aliquot Patrum Opusculis continentur.

CAPVT I. Religiosi nomine quinam vulgò comprehendantur. pagina 1.

II. Religiosorum dignitas eximia, ordóque sublimis. 5.

III. Quo fine, atque consilio religioné introire oporteat. 10.

IV. Quinam ad religionis ingressum admittendi sint. 15.

V. Nouitiatus seuerioris ab eo, qui præclarus Religiosus futurus est, fundamenta iacienda esse. 23.

VI. Error ille cauendus est, quo se post professionem religionis scopum attigisse quidam falsò putant. 28.

VII. Religioſo hunc finem eſſe propoſitum, vt ad perfectionem tẽdat. 35.
VIII. Perfectio à Religioſo maximè quærẽda in ſuæ Regulæ obſeruatione, vel circa minima. 45.
IX. Quicunque perfectus eſſe cupit, is tota animi contenſione, ſingularum virtutum habitus ſibi comparare conatur. 52.
X. De dilectione Dei ardentiſſima, qua Religioſus affici debet. 62.
XI. Religioſi erga proximum dilectionem qualem eſſe oporteat. 75.
XII. Religioſus ita cæterorum ſaluti & commodis conſulet, vt ſui memor pericula caueat, & damna. 82.
XIII. Circa Religioſorum doctrinam, ac ſtudij rationem eorundem, quæ vtiliter conſiderabimus. 94.
XIV. De paupertate Religioſorũ. 101.
XV. Tuendæ caſtitatis ſtudium in Religioſo quàm diligentiſſimum eſſe debet. 110.
XVI. De Religioſorum obediẽtia. 122.
XVII. De ſui ipſius abnegatione, pœnarum amore, mortificationis

ſtudio,& cruce ferenda. 132.
XVIII. Humilitati,ac Chriſtianæ animi demiſſioni, quemadmodum virum Deo dicatum ſtudere oporteat. 139.
XIX. Religioſus accedia profligata, orationis ſtudioſior fit, cui & ſe totum dicabit. 150.
XX. Religioſus qua præparatione ad altare accedat. 160.
Expoſitio myſtica in Pſalmum XXII. in perſona Religioſi perfecti. 169.
Sanctorum aliquot Patrum Opuſcula. 219.
Baſilij epiſtolæ aliquot. 221.
S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini encomium in B. Andream Apoſtolum. 230.
B. Ioannis Chryſoſtomi de nomine cœmeterij,& de veneranda, & viuifica cruce. 241.
Eiuſdem Sermo,Quomodo Adam animam acceperit, quando formatus eſt,& in Paſſionem Saluatoris noſtri,& de vulnerato eius latere. 255.
De Petro,& Elia. 272.

Procli Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Oratio Panegyrica in S. Andream Apoſtolum. 304.
S. Patris noſtri Euſebij Epiſcopi Oratio de commemoratione Sanctorum. 311.
Neropius Paulinus & Therasia, Sancto & Amando Sanctis fratribus in Domino Chriſto ſalutem. 319.
Heſychij Presbyteri Hieroſolymitani Oratio demõſtratiua in S. Andream Apoſtolum. 346.
Synæſij epiſtolæ tres. Prima. 365.
Epiſtola ſecunda. 379.
Epiſtola tertia. 382.
Incipit Sermo S. Anſelmi Archiepiſcopi, de æterna beatitudine. 391.
Eutropij Abbatis ad Petrum Papã. 413.
Incipit epiſtola S. Porcharij Abbatis. 435.
Incipit Homilia S. Sedati Epiſcopi, de Epiphania. 440.
Homilia B. Pauli Diaconi. 450.
Expoſitio hiſtoriarum veteris Teſtamenti venerabilis Petri Damiani Cardinalis Hoſtienſis. 465.

APPRO

APPROBATIO.

IOannes Claudius Deuille, in Sacra Theologia Magiſter, & diuini verbi Prædicator, in ſancti Pauli huiuſce Ciuitatis Canonicus, atque in hac Lugdunenſi Diœceſi librorum Cenſor deſignatus: fidem facimus, nos THOMÆ GALLETTI *Presbyteri I. C. Religioſum* perlegiſſe, omniáque in eo iuxta orthodoxã Catholicę Apoſtolicæ ac Romanæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum ſanam doctrinam ſumma cum eruditione exponi. Lugduni apud Sanctum Paulum 6. Iunij, 1615.

I. CLAVDIVS DEVILLE.

R. D.

R. D.D. Thomæ de Meſchatin la Faye, huius libri imprimendi facultas.

THomas De Meſchatin la Faye, Comes, Canonicus & Camerarius Eccleſiæ Lugdu ẽſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunẽſi: Opus, quod inſcribitur, THOMÆ GALLETTI *Presbyteri I. C. Religioſus*; vt in lucem edatur, facultatem cõcedo. Lugduni 8. Iunij, 1615.

MESCHATIN LA FAYE.

LIBRVM hunc inſcriptum, THOMÆ GALLETI *Presbyteri I. C. Religioſus*, ab HORATIO CARDON Bibliopola Lugdunenſi in lucem dari permittimus: ſimul, ne quis citra factam ei ab ipſo poteſtatem, denuo excudat, interdicimus. Datum Lugduni die 13. Iunij 1615.

SEVE.

THOMÆ GALLETTI, PRESBYTERI I.V.D. RELIGIOSVS.

CAPVT PRIMVM.

Religioſi nomine quinam vulgò comprehendantur.

DE nomine quæſtio non ſit. Cur enim quiuis ſacri ſodalitij à ſede Apoſtolica approbati frater vel alumnus religioſus appelletur, decernere facile eſt. nec eſt neceſſe religionis etymon, vt valdè notum hîc repetere. Quærit verò alter quiſpiam, quoſnam religioſos exiſtimemus, ad quos noſtra hæc breuis ſcriptio dirigitur. An eos dumtaxat, qui votis nuncupatis ritu ſolem-

ni, ſub certa, ac probata regula vitam degunt? & hos quidem ſtricta ſignificatione religioſos dici conſtans eſt omnium ſententia : præſertim vbi de ſupplicio infligendo tractatur, & omnes canonum interpretes ſentiunt, præſertim Abbas *in Rubr. de regula. & in c. ex multa. de voto.* Cæterùm vbi fauor, vel commodum perſonæ verſatur, clericos ſæculares, quos vocant, religioſorum nomine cenſeri palàm eſt; id quod Felinus poſt alios fusè tradit *in c. tua nos. de iureiurand.* cùm & latiore quodam ſignificatu laici pij, ac probi religioſi appellentur *in cap. vltimo de reb. eccleſ. non alien.* Nos verò cùm in hac breui noſtra paræneſi, homines diuinis obſequiis mancipatos propter ſummam ipſorum vtilitatem alloqui cupiamus, vocis rigore prætermiſſo, cunctos monebimus, qui propiùs ad exactam, & perfectam religioſi formam accedunt. Quare nouitios non excipimus, qui & in pleriſque religioſi cenſentur, teſte Tiraquello *de vtroque retrac. §. 1. Gloſſ. 8. à numer.*

21. tametsi eorum percussores à monasterij præfectis absolui non possint, vt auctor est Innoc. *in c. monacho. de sent. excomm.* & Ioann. Andr. *in c. cùm illorum. eo. tit.* Clericos præterea excitabimus, quandoquidem & à cætero vulgo segregati, perfectiorem vitæ institutionem sequi debent, tum ob id maximè, quòd ipsorum actiones in omnium prospectu versantur, & crebrius cum laicis commercium habent, quod dixit D. Ioan. Chrysost. *lib. 2. de Sacerdotio.* Propiùs nostra hæc monita eos attingent, qui absque vllo professionis nexu viuunt, quæcunque tamen professi obseruant ex voti obligatione, ipsi sponte, ac liberè exequi contendunt. Istorum varia sodalitia in variis Italiæ vrbibus reperiuntur, quos ita manere è republica sit, Deo, arbitror, cari, cuius gloriam laudabilibus inuentis, ac crebra verbi Dei prædicatione promouentes apud populos non immeritò magno habentur in precio: & quamuis Sanctimoniales præterire videamur, cùm sint & ipsæ religiosæ Chr

ſto Sponſo conſecratæ, audient fortaſſe aliqua illis vſui futura. Tertiarij & ipſi iure gloriantur ſub religionis vexillo militare. quamobrem hortantibus nobis bellum ſtrenuè contra vitia ſuſcipient. Cur enim imitantibus veræ religionis formam, vera Sanctorum documenta ſalutaria non ſint, quandoquidem & laicis magno adiumento eſſe queant? Memini ſanè, Coſmum Medicem Magnum Æthruriæ Ducem D. Benedicti regulam crebrò prę manibus habere conſueuiſſe, quendam virum grauiſſimum ſæpe referre, causámque eiuſce ſtudij aſſignaſſe, quòd ex tam prudentibus ſancti Patris pręceptionibus ad populos ſuæ fidei cõcreditos gubernandos valdè accommodata remedia caperet. Sed hæc παρεργον. Cuiuſuis itaque ordinis, congregationis, & ſodalitij fratres, filios, alumnos, ac patres religioſioris vitæ ſtudioſos rudis hic ſermo noſter humili compellatione ad propoſitum perfectioni brauium accerſit. Tametſi enim argumentum propoſitum multò

pleniùs, & accuratiùs pertractari queat, ab eo præsertim, qui seruata methodo singulas vitæ religiosæ partes fixo gradu circumspiciendas attentiùs cæteris proponat, nobis visum est monere magis, quàm docere, in mentémque reuocare ea, quorũ meminisse Christi famulatui dedicatum oporteat. Cùm itaque tam multa, tamque varia in Ecclesia Dei sodalitia religiosorum reperiantur, quæ omnibus communia ferè sunt, summis digitis tetigisse non pigebit.

CAPVT II.

Religiosorum dignitas eximia, ordoq; sublimis.

FRustra igitur ad religionis onus capessendum quemque hortemur, si illum instituimus, qui se iampridem sacræ societati addixerit, sed præstat religiosum monere, vt suæ dignitatis memor, nihil in humanis miretur magis, quàm se, postquam spretis omnibus, se

ipſum ex corde in Sanctorum cœtu deſpicere didicerit. Saltem omnes intelligant perfecti religioſi ſtatum ab eo vehementer expetendum fore, qui magni quidpiam exoptet. non enim imperitorum queſtus (vt mitiori nomine impios deſignem) audiendi ſunt, qui ſodalitiorum varietatem, religioſorum multitudinem æquo animo minimè ferunt. Hi enim, cùm ſe vili venire patiantur, haud ſatis iuſtum rebus, vel perſonis precium conſtituant, quanquam vti corporis liberi iuſtam compenſationem nullam dari poſſe vulgò aiunt, verius ego dixerim, hominis, qui pro Dei amore ſeruo ſeſe ſimillimum fecerit, precium vix reperiri, verè ſapiens ille cenſuit. Non eſt digna ponderatio animæ continentis. tanti refert pudicos oculos, ac cogitatus habere, & religioſi dignam æſtimationem dari putabimus? qui non ſolùm caſtitatis, ſed & cæterarum etiam virtutum robore polleat? enimuerò quemadmodum inter innumeras rerum ſpecies, quas vniuerſum iſtud

ambitu ſuo complectitur, eas præcellentiſsimas eſſe conſtat, quarum perfectio in vno dumtaxat indiuiduo coërceri videatur, propterea quòd multarum rerum ſingularium vires continent, idque meritò mundi huius abſolutiſsima forma, atque diſpoſitio exigit: Pari ratione religioſi homines, nudo tantùm nomine minimè contenti, in eum finem à Deo in Eccleſia excitati ac conſtituti ſunt, vt multorum laicorum diſperſam (vt ita dicam) morum ſanctimoniam in ſe ipſis collectam, ac compactam exhibeant, non ſine magno Chriſtianæ reipublicæ commodo, ac diuini nominis eximia honorificentia. Vrbis itaque illius, quæ è cœlo deſcendit, ciues ſelectiores religioſi ſunt, ſtrenui Chriſti milites, cæterorum anteſignani, qui ad virtutis ſolidæ metam pertingere contendunt, grex ſegregatus à ſordibus, cœleſtes latices in terris ſitiens, ac carnalium cogitationum exuuias ſub diſciplinæ forcipe ponens. Quid plura? cùm non modò Rechabi-

tæ, quorum apud Ieremiã vatem clariſsimum nomen reperitur, ac multiplices illæ ſectæ Phariſæorum, Eſſæorũ, &c. quæ ad ſuperſtitioſioré viuendi rationem declinare poſtea viſæ ſunt, religioſorum ſodalitia Hebræis grata fuiſſe palam faciant? ſed & apud Ethnicos atque etiã noſtra tẽpeſtate inter Turcas, Agarenos, Aureæ Cherſoneſi indigenas, nec non & Indos ementita religionis ſpecies, diuerſa à cæterorum cultu contubernia adinuenerit, ac mirificè excoluerit. ex quo illud colligo, vel ipſam naturæ propenſionem mortalium animis vitæ purgatioris, limatioriſque exercitationem perſuadere; & ob id ſummum Dei veri beneficium cenſendum eſſe, quod inſtitutis tot religioſorum palæſtris, hominum generi contulit. me quidem Chriſtus docet, quanto animi ardore cunctorum ſalutem exoptet, cùm animo verſans intueor quæ, quantáque dixerit, fecerit, atque perpeſſus ſit. verùm & id ipſum ex multiplici religionum inſtitutione me non minus apertè colligere

re fateor, arctam, atque anguſtam ad cœlum viam in plures ſemitas diductam inſpiciens. Optio cuiuis fit, laqueos, & inſidias, ſi fortè expeditiùs, tutiúſque euadere cupiat, hanc vel illam ingrediendi, ſic varia ſolent verborum, ac rerum ſtudia diei leuare tædium; diuerſæ ſic dapes ſolent cibi minùs appetentem allicere. diuinum iſtud inuentum, quod ex immenſo amore proficiſcitur homines in deos cooptare contẽdit. nam eiuſmodi titulo perfectos religioſos exornare haudquaquam pigeat. certè illa Clementis Alexãdrini 4. Strom. ex Poëtis epitheta in veros religioſos facilè quadrent. ſic enim ſcribit: *Mihi autem videntur Poëtæ quoque electos appellare* θεοειδέας, *ideſt, deiformes*, & δίους, *ideſt, diuos*, & ἀντιθέους, *hoc eſt, Deo æquales*, & διμῆτιν ταλάρτους, *hoc eſt, conſilio Ioui pares*, & θεοῖς ἐναλιγκία μηδ' ἔχοντες, *hoc eſt, eſt quorum ſimilis prudentia diuis*, & θεοεικέλους, *ideſt, Deo ſimiles.*

CAPVT III.

Quo fine, atque consilio religionem introire oporteat.

QVo animo quispiam ad religionem accedat inspiciendum erit. clariùs dicam. quid te ad religionis onus subeundum impellat, attētiùs cernes. nemo crebriùs quàm à se ipso fallitur; dum sibi nimis credit, ac fidit. ni te bonus, ac honestus finis moueat, vix est, vt iter susceptum pergere queas. Vir prudens quid cupiat, cogitat, quid quærat, expendit; quæue, & qua de causa aggrediatur, diligenter obseruat. quis etenim obscurissimum antrum ingrediatur, vt ibi perscribat, aut academiam, aut mensam illuc vel ludum instruat? discursat pelagi littora mergus, non tam vt suas merces inueniat, quàm vt cibum sibi necessarium expiscetur, & animanti cuiuis ob oculos voluptas versatur, cuius gratia

tia naturale opus exequitur. Numquid rudior, aut incõsideratior erit homo, qui nullo certo consilio motus sacro sodalitio aggregari postulet, aut siniſtro fine pertractus, arduum religionis stadium emetiri deliberet? Vtinam explorari queat istorum animus, qui togati tantùm videri velint, haud enim arbitror militiæ ducem depictos equos empturum, qui ne hinniunt quidem, tantùm abest, vt currant. nemo ex his recipiendus esset ad sacræ, religiosæque sodalitatis communionem. quid ita? quoniam animũ virtutis, ac perfectionis studiosũ non affert, quãobrem literas formatas nõ habens, haud dignus est, qui ad cæterorum consortium admittatur. Ergo sicuti ob diuitias, vel formam, aut aliud quiduis virtuti parum affine viro vxor præcipuè ducenda non est; sic nec ob finem alienum religionem ingredi expediat; argumentum sanè à coniugio carnali ad spirituale valet. iuxta *ca. tua. de sponsal. & c. 2. de translat. Prælat.* Inuenias, qui summa desperatione adducti velu-

ti ad asylum, ac refugij ciuitatem recurrentes, se ipsos sacro sodalitio addicant. quidam vt otientur, nec vlla sibi cõquirendi sollicitudine pungantur, opulentum cœnobium introeunt. sunt qui ære alieno prægrauati, ad religionem vti ad speluncam Odollam confugiunt. nouum genus eorum est, quos dignitatis apex, atque Episcopatus spes aliqua ad Sanctorum cœtum attrahit; alij pecudum more eos sequi instituunt, quibuscũ antea familiarissimè vixerunt, simias imitantes, quæ tonsores guttur sibi radentes, dum æmulari satagunt, nouacula incautè arrepta, ac præcipitanter admota gulam sibi præcidunt. Aulicos & videas diuturnæ seruitutis pertæsos, herum in senectute mutare, non tam vt Deo inseruiant, quàm vt hominibus, à quibus se deluſos vident, famulari desinant. hos tamen nec Deus, quæ illius immensa est pietas, tametsi à mundo reiectos, abiicit, ad eum sanè modum, quo Dauid Rex 1. *Reg.* 30. Amalecitem seruum ob ægritudinem ab hero missum,

ſum, in ſuum recepit famulatum, ac potu, cibo q; liberaliter recreauit. Præſtat & quoſdam intueri, qui claro genere orti, & illum vitæ ſplẽdorem, quem familiæ claritas iure depoſcit, nullo modo retinere ſe poſſe ob cenſus tenuitatem animaduertunt, religionem ingredi malunt; vbi paupertatis facies, ac curta ſupellex probro nequaquam ſunt. Parcendum eſt & iſtis, neſcio an quibuſdam artium mechanicarum, ac viliſsimi opificij tractatoribus, qui vt ab ipſo religionis ſtatu nobilitentur, & ſacris etiamnum initientur; ſuaue illius iugum dictitant, ac malle ſe diuinis obſequiis mãcipari, quàm inter tot malorum impendentium fluctus de æterna ſalute periclitari. Non ego iſtis credam, ſi fortè pluſquam Punicum ingenium, ac tectam inertiam perſpexero. Cæterùm ab iſtis hactenus recenſitis illud enixè peto, vt finem, non cõſilium mutent, vt propoſitum religioni ſcopum, & ipſi omnes, ac ſinguli inſpiciant, ac pertingere conentur. quid enim cauſæ ſit, vt religionem ad ani-

mi perturbationes coërcẽdas, morúmque ſanctitatem inducendam, inertium teſtudinum, vel dormientium glirium ſpecum eſſe velint? Hinc ſanè fieri puto, vt admodum pauci, tametſi in puluere volutari videantur, egregij è palæſtra athletæ prodeant, quoniam ab initio plantarum baſes ſiſtere ſicco veſtigio non didicerunt. Hinc alicubi σκοπελισμοὶ, hinc auſi plerique chomata non Aegyptia, ſed Euangelica rumpere, ac diſſoluere Quamobrem ſi meo conſilio auſcultandum eſt, vt Iuriſconſultorum more loquar, quiſquis religionem ingredi cupit, nullam ex ſuperiùs enarratis finalem cauſam eſſe velit, tametſi impulſiua fuerit, tum vt ſuæ ipſius quieti, tũ vt ſodalitij vtilitati cõſulat. qui ſecus egerit, is ſemper in ſalebris, ac inter carduos lancinabitur, tantũ abeſt, vt ad excelſam virtutum metam perueniat. quiſquis enim ab ipſo conceptu ſubgenituræ vi, malè compactam corporis domum ſemel ſortitus eſt, aut à prægnante muliere in faſciis poſitus venenatum ferè lac

ore

ore pleno hauſit, tametſi per ſingula ſeptennia complexionem, quam vocant, in melius mutare videatur, prauam tamen illã corporis habitudinem, ac virium imbecillitatem ab initio impreſſam ſemper retinet: & oſſe luxato, ni accuratiore manu illud in locum priſtinum reponatur, dolebit ſæpius, tunc ſcilicet, cùm aëris mutatio fiet.

CAPVT IV.

Quinam ad religionis ingreſſum admittendi ſint.

QVoniam verò & illud veriſſimum eſt, non ex quolibet ligno Mercurium fingi, videamus an præſtet aliquos religioſos non fieri. An fortè reus agar, quòd aliquos à perfectionis itinere repellam? minimè verò. Religioſum bonum ſic cupio, vt eum non malum laicum malim, quàm ſi non bonus in ſancta ſocietate futurus ſit. Etenim arbitror non omnes im-

pulſu efficaci ad religionem vocari, pleroſque Deus ad montis apicem vocat, ne eos ad eius medium ſtationem figere pigeat. An noua cudimus? an non illud antiquũ, ad fundendos Madianitas pauciores ſelectos fuiſſe, repulſos cæteros? iſtud puto adumbrauit Seruator, cùm ſic de energumeno à ſe liberato decreuit: nam cùm nauim aſcenderet, ait Marcus c. 5. *Cæpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo, & non admiſit eum, ſed ait illi, Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.* Decreuit Deus, & inter ligna ſyluarum mala cuiuſuis generis odorem ſuum longè latéque diffundere. Qui certiorem gratiæ portionem Sacramentis tanquã aureis vaſis incluſit, haud ſibimet manus alligauit, vt ſine illorum miniſterio labanti hominum generi opem ferre non queat. Idem Dominus, ac Deus Ezechieli ad fluuium Chobar in medio captiuorum poſito arcana diuitiora reſerauit; & Danieli in aula regia moranti

ranti admiranda aperuit ſuæ ſapientiæ ſacramenta. Dauid Chuſai Arachitem in ſuo comitatu habere noluit, opportunius fore arbitratus, ſi is paulò remotiùs fidelis amici munere fungeretur. Et Deus pleroſque inter vulgus commorari mauult, vt reipublicæ variis medendis vulneribus vſui eſſe poſſint. At diuinatione, inquis, opus eſt; non puto, ſed ſpirituum diſcretione. Lumẽ quoddam diuinius ſanctioribus aliquot affulget, quorũ conſilio res tãta, atque religionis eſt ingreſſus, expedietur. Scio quoſdam contra ſeniorum conſilium præcipitanter ingreſſos, non longè multò pòſt tẽpore exiiſſe. Neque verò aduerſari me arbitror D. Thomæ doctrinæ, tametſi prima ſpecie contrarium ſentire videatur, 2.2. *q. vlt. ar.* 1. eſt enim ad ſenſum Cardinalis ſancti Sixti illic in commẽtariis, & Martini ab Azpilcueta *in comment. 1. de regula. nu.* 7. explicandus. Ingredi itaque moliẽti quid officiat, & obſtet inſpiciamus. An fortè corporis imbecillis valetudo? & puto eã obſtare, neque enim miracula expectã-

da ſunt. Vires itaq; metiri oportet; quis enim ferat incautorũ culpa, cœnobium in languentium porticum illam ampliſſimám commutari? *Propterea* (hæc planè verba Ierem. *c.* 48. lubenter vſurpem) *cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum, quia plus fecit, quàm potuit, idcirco perierunt*. haud tamen hîc cogor ab ædilitio edicto morborum differentias percenſere. illud tamen Pauli reſponſum *ex l.* 21. *ff.* huc affero, quod tum qui ſtatum mutare cogitat, tum ſodalitij præfectus haud inutiliter expendet Et quantùm intereſt inter hæc vitia, quæ Græci κακοηθείαν, ideſt, vitioſitatem, dicunt, interque πάθος, ideſt, perturbationem, aut νόσον, ideſt, morbum, aut ἀῤῥωστίαν, ideſt, ægrotationem tantùm, & inter talia vitia, & eum morbum, ex quo quis minùs aptus vſui ſit, differt. Mitto gloſſam, & morbos. Obſtat conditio; nam ſeruus religioſorum cœtui aſſociari non poteſt, cùm etiam facta profeſſione inuito, vel ignorante domino, intra triennium à tempore notitiæ repetatur; quod Doctores col-

ligunt

ligunt *ex c. si quis incognitus.* 17. *q.* 2. Obstat & obligatio ex ære alieno contracta, adeò vt debitor non priùs ingredi permittatur, quàm illud dissoluerit, de qua re videatur Extrauagans Sixti quinti. Impedimentum & legitimum existimatur, onus alendi parentes, ac coniunctiores, quod interdum plerique dissimulant non sine impietatis nota, vt S. Thom. ait *Quodlibeto tertio art. 16.* In ea ego sententia sum, vt ab ingressu repellendos illos esse censeam, quorum pater, mater, vel soror sine ipsorum ope, ac operis non summam quidem, sed tamen grauem rerum necessariarum indigentiam paterentur. Quicunque verò in istiusmodi statu sunt, nec frugis melioris demetendæ prætextu, de sacro sodalitio ingrediendo cogitare debent: quemadmodum nec iustam cunctandi causam (si vocentur) eos habere puto; qui ne in ipsis familiæ claritas extinguatur, maximè verentur, cùm nemo ex illa superstes est, in qua per nuptiarum fœdera conseruari queat. Ætas &

quoſdam ab ingreſſu impedit; quandoquidē impuberes propria auctoritate religioni ſe ipſos addicere nequeant, vt ſummus Pontifex decernit *in cap. ad noſtram. de regula.* & abſque parentum, vel tutorum oblatione, impunè cùm libuerit ante profeſſionem exeunt, iuxta Panormita. *in ca. ſignificatum. de regula.* Tametſi autem iſtorum accedente cōſenſu, pueri poſſint admitti, haudquaquam id expedire experientia docet. Quamobrem maturioris ætatis adoleſcētes dumtaxat in ſacrum admitti cōſortium, omnes ſapientes ob multa iudicant, quæ reticenda ſunt: & propterea potentioribus aliquot obſiſtendum eſt, qui nothos, ac ſpurios, obtentis etiam à Sede Apoſtolica literis, in Mendicantium ſodalitia admitti curant, non minori celeritate eorum ſeſe, atque familiam vt onere leuent, quàm propinquiorum etiam cadauera ſacræ ſepulturæ tradi faciant. Sunt & alij ſpirituali coniugio deuincti, qui ſpōſis interdum libellum repudij dare vellent, ac religionem aliquam ingre-

di. Laudandus iſtorum animus eſt, ſi fortè perfectioris vitæ ſtudio teneantur: quanquam ſi Curati ac Epiſcopi in ſuſcepto ſemel munere ſtrenuè ſe geſſerint, non video cur ouium ſuarum curam relinquere conſulantur, vt ad religioſorum ſepta conuolent. Quid ita? quoniam Innocentij tertij verba, & mens apud me magni ſunt ponderis, atque momenti, qui ad Epiſcopum Arelatenſem Epiſcopatui renunciare cupientem ſic ſcribit *in cap. niſi cùm pridem. de renunciat. Si in huiuſmodi ceſſione frugẽ tibi melioris vitæ promittis, ſcire te debes nõ eſſe ſanctificato in vtero ſanctiorem, & ideo non oportet te prædicationis iam ſuſceptæ deſerere miniſterium.* Et in fine capitis, oſtendens Parochos, & Epiſcopos vitæ contemplatiuæ deſiderio captos, eius quam ducunt præſentia lucra ſpectare debere: *Nec putes, quòd ideo Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima ſatagebat; quia Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea; quoniam licèt illa ſit magis ſecura, iſta tamen eſt magis fructifera:*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& licèt illa ſit magis ſuauis, hæc tamen magis vtilis; cùm in fœcunditate ſobolis lippitudo Liæ, Rachelis pulchritudini ſit prælata, quamuis ſimul in vnum & contemplatiuus eſſe valeas, & actiuus, legislatoris exemplo, qui nunc aſcendebat in montem, vt ibi gloriam Domini cum maiore cerneret libertate: nunc verò deſcendebat in caſtra, vt cum vtilitate maiori neceſſitatibus populi prouideret. Quapropter facilius indulgetur, vt aſcendat monachus ad Præſulatum, quàm Præſul ad monachatum deſcendat. Sic Innocentius. At cùm valdè rarò contingat, ait aliquis, vt Epiſcopus de facultate Papæ, relicta Sponſa ſua, religioni perpetuò ſe ſe deuinciat, cur in hac re multus es? Dicam quod ſentio, cùm admodum pauci animarum peruigiles Curatores reperiantur, eorumque inopia magna diœceſes omnes laborent, eorum ſpiritus mihi haud ſatis probari poteſt, qui probum, ac ſtrenuum parœciæ rectorem, mox ad religionem aduocant, vbi fortaſſe Eccleſiæ Dei haud æquè profuturus ſit, atque ſi priſti-

nam animarum præfecturam retineat. Quamobrem ſanctiſſimus, ac toti terrarum orbi notiſſimus, Cardinalis Borromęus Seminarij alumnos regendis animabus deſtinatos, à quarundam religioſiſſimarum ſocietatum patribus ſibi ſurripi haud æquo ferebat animo, tametſi probè noſſet ſtatum religioſorum cæteris cunctis, præterquam Epiſcopatui, præcellere. Non abre igitur ego cenſuerim, pleroſque animarum regimini Præpoſitos iuſtum interdum nanciſci impedimentum, & ob id ad religionis ingreſſum minùs expeditos iure videri.

CAPVT V.

Nouitiatus ſeuerioris ab eo, qui præclarus Religioſus futurus eſt, fundamenta iacienda eſſe.

QVi poſt præuiam conſultationem cum viris ſanctioribus, ac prudẽtioribus, & aliquantulam circa res di-

uinas

uinas exercitationem,in aliquod ſodalitium admittitur,nouitius vulgò dicitur:annus enim,quem vulgò probationis vocant , à iure ſtatutus eſt , intra quod tyroni iugum experiri , ac religioſorum collegio de tyrone iudicium ferre licet,an ſcilicet idoneus miles futurus ſit , quem fratrum indiſſolubili conſortio aggregari expediat. Mitto quæ ſunt notiſsima ingreſſuri præludia commemorare, cùm tam multæ in Eccleſia Dei ſocietates occurrant. cuiuis illa deligenda eſt, ad quam ſe propenſiùs rapi ſentiet , ita tamen , vt quam animi ipſius dotes,ac dona,cum ſocietatis exercitiis proportionem , corporiſque eiuſdem vires cum laboribus,& auſteritate conſonantiam habeat , diligentiſsimè antea inſpiciatur. Porrò hominem à laxiore vitæ ratione ſtatim ad arctam , arduámque morum diſciplinã ſine medio tranſire periculo non caret. Eſt verò monitũ D. Baſil.*in q.* 10. *fuſiùs diſputata*. Natura itaque imitari oportebit, quæ inter æſtatem , ac hyemẽ , ver,& autumnum,vtroque extre-

mo participantes ætates interpoſu pręſertim quando voti implendi neceſſitas non vrget, tametſi & is, qui votum emiſit in mora reddendi debiti non ſit, toto eo tempore, quo ſine dolo malo ad tutiorem ingreſſum ſe accingit. Sodalitia verò quædam haud ſanè redarguam, monebo tamen, ſi fortè ſitire ſe nimis oſtenderit, non tam maturam, ac conſideratam adoleſcentum deliberationem, quàm ipſorum obſequium, veluti magno vſui cœnobio futurum. Sic ſæpe fit, vt quod diu ſuſpiratum non fuit, tædium mox pariat, & remiſſus priſtinus ille animi ardor, pœnitentiam inducat. Quid opus eſt, vt ſeſe operis hominum egentem ſocietas reputet? delectum agmen meditatiùs cõquirat, non qui caſtra Dei, belli difficultate perterriti, paulò pòſt deſerunt, pręcipitanter conſcribat. Fructuum nimia cupiditas, moræ impatiens, acerbiores carpere adigit, quos ſtatim, vt deguſtaueris, euomas. Sic iſtam minimè laudabilem celeritatem, ſimilem ſortiri exitum ſæpe videmus. Tyronem

ergo ad hunc modum in agonem perductum ſtrenuè ſub magiſtri ferula, & flamma exerceri oportet. Præcelſæ perfectionis ſtructuræ prima fundamenta iacienda ſunt. Hinc pendet tota virtutum comparandarum ſpes, ſerenda ſtatim in pectore tenero ſemina, quæ vberem meritorum ſegetem non modò promittant, ſed præbeant. Sarrienda ligone humus, extirpandi ſunt vepres, ac noxiarum plantarum ager iugi, ſed diſcreta mortificatione ſtercorandus eſt; mactandus vetus homo, vt intus, ac extra immutatus, veluti noua quædam prodeat creatura, nouum figmentum, morum ſimplicitate & innocentia infans, at virtutum progreſſu gigas. Nouitium iure appelles, quem nouitas vitæ commendet, quem immoderatus ferè animi feruor torpere non ſinat, ſed maiora in dies moliri, ac meditari compellat. Itaque cunctas religioſæ militiæ præceptiones diligenter perdocebitur; non dicto tantùm, ſed armis in acie porrectis, quibus ſeipſum antea veluti hoſtem adorietur,

ac mille ictibus petitum adhuc viuentem confodiet. Quippe & ſuam ipſius abnegare voluntatem, & ſuperbos deprimere cogitatus, & carnis propriæ inſidias pertimeſcere ſuauiter cogetur. Priſtinas rerum formas ex animo delere, parentum, propinquorum, ac amicorum tenaciores ſpecies obliterare, ac cætera omnia, quibus antea oblectabatur, ſiue mentis, ſiue corporis ſtudia auerſari inſtituetur. Orationis mentalis, quæ oculos aperit, ac veram pulchritudinem ſpectandam proponit, paulò ſtudioſior nouitius erit, quam vt dignè, & cum fructu ordiatur, ac tractet, exactiores formulæ à magiſtro traditæ facilè præſtabunt. Habet ſua quæque ſocietas peculiares iſtius tyrocinij leges, quas diligenter ſeruet. Verùm præceptiones quaſdam omnibus vſui futuras ego commemoro, ne nihil non dixiſſe de re tanti momenti exiſtimer; vnico tantùm verbo concludam, Magnus is religioſus futurus eſt, qui tyro magnus extiterit.

CAPVT VI.

Error ille cauendus est, quo se post professionem religionis scopum attigisse quidam falsò putant.

ERgo, qui dignus censetur perpetuo seruorum Dei consortio, anno transacto, ritu solemni regulam, sub qua militaturus est, profitetur; ac tribus se votis obstringit, seséque Deo, ac religioni irretractabili veluti contractu tradit. Ad hunc sanè gradum cùm ventum fuerit, insidiæ religioso cauendæ sunt, ne qui multa adipiscitur, omnia se iam consequutum fuisse temerè arbitretur. Sunt qui se totum confeciſſe iter existiment, & de quiete, ac feriatione cogitent: respirandum paululum esse, ingenti illo nouitiatus exantlato labore credunt. Perinde ac si ex Ægypto educti, & sanguinis rubro veluti mari traiecto, ad promissam terram peruenerint. Fal-

luntur

luntur hi, qui necdum incœperunt, & mercedem poſcunt. magna confert profeſſio beneficia, vt quæ veros religioſos efficit, & ingreſſos ſatis ſublimi dignitatis gradu locat. Per eam etenim quis ciuiliter moritur, vt notant ſcribentes *in c. cùm ſis. de conu. coniuga. & gloſſ. in cap. placuit. 16. quæ. 1.* cuncta vota quis propria authoritate in melius commutat, quod ſanior habet ſententia explicata à Cardinale Caietano in *7. 189. 2. 2. S. Tho.* ex cuius Doctoris ſententia, profeſſus pœnarum anteactæ vitæ criminibus debitarum relaxationem pleniſſimam aſſequitur, non quidem per modum ſacramenti, vel ſacramentalis ab Eccleſia inſtituti (quum lethali crimine infecto prodeſſe non poſsit) ſed ex operis præcellentia, vt optimè declarant idem Caietanus, & Nauarrus *in Comment. de indulgen. & Tab. notab. 20. num. 17.* Adde & illud, quòd profeſſus omnium quæſtuum particeps fit ſui ſodalitij, id quod fortaſſe commodiore loco latiùs demonſtrabimus. At verò licèt tam multa

ac eximia iſta profeſsio religioſo conferat, haud tamen eum ſtatim perficit, niſi fortè purgatio, ac illuminatio tanta præceſſerit, quanta adeò præclaræ qualitati in mortalium mentes introducendæ neceſſaria ſit. Fruſtra igitur ſibi quidam blandiuntur, qui profeſſos ſe eſſe iactantes reiecta face, quam arripuerant, cœlum digito ſe tangere opinantur, Berzellai Galaaditæ haud diſſimiles 3. *Reg.* 19. is enim ſatis ſe cum Dauide progreſſum fuiſſe exiſtimauit, vbi ad Iordanis ripam ventum eſſet, quem traiici ab illo oportebat. Fortaſſe in iſtos delicatulos Eliſæus vates inueheretur, qui regem Ioas terram iaculo percutere iuſſum acriter increpauit, nam *cùm* ille, vt Regum Hiſtoria *li.* 4. *c.* 13. tradit, *percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, iratus eſt vir Dei contra eum, & ait, Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad conſumptionem.* Pari modo tyrones, qui tam citò delaſſanturre, dargueret, hãc planè cauſam redditurus, non deuictarum animi per-

tur

turbationum,quòd illi gradum compescant post factam professioné, se satis depugnasse, satísque sagittarum in hostes contorsisse perperam arbitrantes. Audiant quæso D.Paulinum Nola. qui se comprehendisse putant.sic enim scribit ad Seuerum *epistola* 2.Quamobrem temporalium,quæ in hoc seculo habentur, bonorum relictio, siue destructio,non decursus stadij, sed ingressus, nec vt meta, sed vt ianua est. Non enim athleta tum vincit, cùm exuitur; qui ideo nudatur, vt dimicare incipiat,cùm legitimè certauerit,coronandus: & natator amnem interpositum superaturus exuitur: nec tamen hoc tanto apparatu, quòd se dispoliauerit,transnatabit, nisi totius corporis nisu, & omnium cita mobilitate membrorum, & propulsu pedum, & remigio brachiorum, & lateris illapsu, torrentis impetum scindat,& laborem natationis exhauriat. Emissa itaque professione Christianus miles sese certaminibus accingat,grandem sibi viam adhuc restare agnoscat, ac vix in ho-

ium conſpectum veniſſe non inuitus fateatur. Planè tabulas teſtamentarias acceperit, & de Prætoris iuſſu in bonorum poſſeſſionem miſſus ſit, an ſeſe ignauiæ ita dabit, vt agros non excolat, fundos non curet, & ſuborientes lites non amputet, vel dirimat? Profeſſus ius quoddam adeptus, ſic elaborabit, vt multis ſudoribus virtutes ſibi comparet, & hoſtibus ſuperatis, pacato illarum tum vſu, tum fructu potiri valeat. Conſcendit ille quidem cum Moſe montem Nebo, *Deut. c. 32.* vel, ſi mauis, cacumen Phaſga, è quo tellurem lacte, ac vino manantem anxius contempletur. Felicem, inquam, ac periucundum perfecti hominis ſtatum, quem tamen procul intuetur, non obtinet: ſuſpirat, non poſſidet. Quippe longa concertatione adhuc debellandi reſtant ſeptem illi populi alienigenæ, ac rationis imperio, latiſſima concupiſcentiarum regio ſubiicienda eſt. Abſit ergo tam execranda præſumptio, vt quis ſe poſt ſui ſolemni ritu traditionem factam, ſta-

tim perfecti religiosi partes omnes explere arbitretur. Quin magis id moliatur, vt semel à sancto Spiritu summarum virtutum in ipsius cor amorem immissum nouis indies flammis, ac sanctis desideriis concrescere, ac noua semper obuiantia impedimenta absumere sentiat. Scitè, meo quidem iudicio, Ambrosius Caporchius ex familia Dominicana absolutæ sanctitatis pater, catenulas quasdam aptabat, singulásque singulis, & nouitiatu egressis porrigere solebat, iis, rogans, vt tyrocinij sacri feruorem prœualidè constringerent, nec illum relaxata magistri seueritate abire vllo modo paterentur.] Sanum consilium, ac tanto viro dignum; cui Ioannis Climaci sententia suffragatur, Qui ex Diuina charitate, ait *in 1. gradu*, seculo abrenuntiatu ab ipsis statim initiis ignem promeruit, qui fortasse in syluam iectus, rogum semper vehemẽtiorem vlteriùs suscitat. Sunt nonnulli, qui supra lapides lateres ædificãt. & sunt alij, qui cùm modicum itineris pedibus effece-

rint, calefactis iam artubus, & neruis, ocyùs poſtmodum proficiſcuntur. Qui legit intelligat, quid ſermo iſte ſignificet: Tanquam à Deo, & Rege noſtro vocati curramus alacriter. Cauendum itaque eſt, ne quis, cùm ad metam profeſſionis peruenerit, gradus celeritatem nonnihil remittat, neque enim beatos Vates dixit immaculatos dumtaxat, ſed & qui ambulant in lege Domini. Bene dixerim, in nouitiatu viam inter tot voluptatũ, ac tentamentorum deuia, inueniſti, qua inuenta illam inambulare ritu ſolemni Deo, ac Eccleſiæ ſpopondiſti: quid ergo cauſæ ſit, vt interquieſcas? vt gradum ſiſtas? Perge itaque, & ante currum Achab 3. *Reg.* 18. (qui amoris proprij, ac deliciarum currus eſt) expeditus cum Elia decurre: ſic enim ingruentis procellæ, ac impetum imbris ipſe euitabis, & alios etiam euitare docebis.

CAPVT

CAPVT VII.

Religioso hunc finem esse propositum, vt ad perfectionem tendat.

PRæclarè Abbas Moses apud Cassian. *collat.* 1. mihi dixisse videtur. Omnes, inquit, artes ac disciplinæ σκόπον quendam, id est, destinationem; & τέλος, hoc est, finem proprium habere noscuntur, ad quem respiciés vniuscuiusque artis industrius appetitor, cunctos labores, & pericula, atque dispendia æquanimiter, atque gratanter sustentat. Nam & agricola flagrantes Solis radios, pruinas quoque, & glaciē non declinās, terram defatigatus exercet, & indomitas agri glebas frequenti vomere subigit, dum scopum seruat, vt eam cunctis sentibus expurgatam, vniuersísque graminibus absolutā in modum solubilis arenæ, fauillęque comminuat: finem, id est, perceptionem copiosarum frugum, & exuberantium

ſegetum non aliàs ſe adepturum eſſe confidens : quo vel ipſe deinceps vitam ſecurus exigere , vel ſuam poſſit amplificare ſubſtantiam. Habet ergo (paulò infrà ſubdit) & noſtra profeſſio ſcopum proprium, ac finem ſuum, pro quo labores cunctos non ſolùm infatigabiliter, verùm etiam gratanter impendimus , ob quem nos ieiuniorum inedia non fatigat, vigiliarum laſſitudo delectat, lectio, ac meditatio Scripturarum continuata non fatiat , labor etiam inceſſabilis , nuditáſque , & omnium rerum priuatio iucundiſſimè ſuſtinetur , horror quoque huius vaſtiſsimæ ſolitudinis non deterret.] Hactenus Moſes. Religioſo ergo finis aliquis propoſitus eſt , íſque peregregius, qualem viro diuinitatis (vt ita dicam) appetentis ob oculos verſari par eſt. Eſt porrò is, ne multis morer, perfectio. Norunt omnes , vtinam ambiant omnes ſic & meritò D. Bernardus religioſos alloquatur. Altiſſima eſt profeſsio veſtra. Cœlos tranſit, par Angelis eſt. Angelicæ ſimilis puritati.

Non

Non enim ſolùm vouiſtis omnem ſanctitatem, ſed omnis ſanctitatis perfectionem, & omnis conſummationis finem. Non eſt veſtrum circa communia præcepta lãguere, neque hoc ſolùm attendere, quid præcipiat Deus, ſed quid velit, probantes, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Aliorum eſt enim Deo ſeruire; veſtrum adhærere. Aliorum eſt Deum credere, ſcire, amare, reuereri; veſtrum eſt ſapere, intelligere, cognoſcere, frui. Magnum eſt hoc, arduũ eſt hoc, ſed omnipotens, & bonus eſt, qui in vobis eſt pius promiſſor, fidelis redditor, & indefeſſus adiutor. Non igitur æquum eſt religioſum exigua præſtare, qui ipſa profeſſionis ſollemnitate magna pollicetur, nec vulgaribus eum eſſe contentum decet, qui à cætero vulgo Deo vocante ſegregatus eſt. Id ergo ſemper animo verſet neceſſe eſt, non fruſtra vitæ nouum inſtitutum ſeſe aggreſſum eſſe, & ab ipſa habitus geſtatione moneri indumento mutato, interiorem quoque mentis habitum perficiendum fore,

non illo quidem externo tantùm ſigno, ſed ſtrenua ſpiritualium lacertorum contenſione, quæ ſumma quæque virtutum pertingere dies, noctéſque meditetur. Certè Iuſtinianus Imperator *in Nouella conſtitutione* 5. rectè cenſuit, monacho perfectam & omnibus numeris abſolutam virtutum coronam ob oculos verſari debere; quo loco Zozimi meminit Lyciæ incolæ, qui vigeſimum ſupra centeſimum ætatis annum in admirabili illa vitæ exercitatione exegerat. Sed quid Imperatores in medium affero? viliores quoſque opifices interrogemus, inſpiciamus, an non eum ſuis molitionibus ſcopum præfigunt, vt eas pulchriores, ac elegantiores efficiant? quotus quiſque eſt, qui in ſuo ordine ſummus euadere non expetat, non tentet, atque conetur? Iſtam ſanè protoſtaſiam vt aſſequatur, diligentiæ, nec labori parcit, tam prævalidè viget gradus celſioris cupiditas. ſic ait Eccleſiaſt. *c.* 28. Faber ferrarius ſedens iuxta incudem, & cõſiderans opus ferri, vapor ignis vret

carnes

carnes eius,& in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & contra ſimilitudinem vaſis oculus eius. Cor ſuum dabit in conſummationem operum,& vigilia ſua ornabit imperfectionem.]Quid itaque non aget religioſus,vt propoſito ipſius ſtatui fine potiatur ? nam ſi alium ipſe conſectatus fuerit, ignem iam alienum diuinis immiſcet ſacrificiis, iure mulctandus cum Nadab,& Abiud,*Leuit.*10. vt igne quoque flagrantis concupiſcétiæ torreatur. Quòd ſi labore terretur, nec montis ardua gradu expedito conſcendere curat,rurſus ob inertiam reus vt ſeruus inutilis ad ima præcipitabitur. Scitum etenim illud eſt apud D. Thomam, *in* 2.2.*q.*184.*art.*6. ciúſque interpretem Caietanum, religioſum, qui perfectionem vitæ, ad quam ab initio deſtinatus fuerit, ſolerti ſtudio comparare neglexerit, crimine non carere. Quæ ſententia neminem refragatorem habet, niſi ſocordem ſacerdotem, ac ſuæ nobilitatis ignarum. Soleo dicere," artem extare, quæ ſap-

phiros

phiros in adamantes vertat Hæc ipſa verò religio eſt quę viros iuſtos & perfectos reddit. Itaque ſi vitrum, ſi quid adulterinum fueris, fruſtra adamantem fieri poſſe ſperaueris. Gemma (ait quiſpiam ex recentioribus) in gemmam muratur ignis ope. Quomodo, inquies? ſapphirus nitidus, ſed alioquin diluti coloris, cum auro iungitur, apponitur ignis ſenſim donec liqueſcat, feruet aurum horis tribus, aut quatuor, inde gemma tollitur, & ſenſim refrigerari permittitur, adamas inuenitur, limam non ſentiens, redeunte prorſus priſtino colore. Ea religioſi perfecti formam, qui in auro charitatis iugi animi intenſione decoctus, poſt aliquantam moram, totus immutatur, ac is eſſe deſinit, qui antè fuerat, dum ſe, non ſua tantùm relinquere diſcit, nec limam ſentiens, quia in adamantem, hominem ſcilicet perfectum, tranſiit. Ardentibus ergo votis opus eſt: nam qui ditari non cupit, haud opificium iſtud attentauerit. Dirutam ergo vrbem, animam ſcilicet, religioſus iuxta

cum Eſdra inſtaurare feſtinet : aut ſi nondum Babylonis poculo deguſtato, mundum magis ignorauerit, quàm reliquerit. Sibimet ipſi animum faciat, ſicuti olim Dauid Rex *in Paralipo. l. 1. cap. vlt.* Salomonem puerum, ac tenellum fouendum eſſe, toti Hebræorum Eccleſiæ demonſtrabat, dicátque, *Opus grande eſt, neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo. Ego autem totis viribus meis præparabo impenſas domus Dei mei, aurum ad vaſa aurea, & argentum in argentea, æs in ærea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea, lapides onychinos, & quaſi ſtibinos, ac diuerſorum colorum, omnémque precioſum lapidem, & marmor.* Vidésne quàm multa, quàm varia ad templi perfectiſsimi ſtructuram neceſſaria ſunt? Omnis, inquit, lapis precioſus conquirendus eſt. nulla prætermittenda virtus erit ab illo, qui perfecti, ac omnibus numeris abſoluti religioſi formam referre concupiſcat. Magna ſunt hæc; quis dubitet? at maximo Deo nonniſi magna offerre nos conuenit, & perfectiſsimo Deo perfectiſsimos dedicare

mores iuſtiſsimum fuerit. Quamuis autẽ hominis perfectio præcipuè ex charitate ſpectanda ſit, ea tamen virtus incedere ſola neſcit, ad cuius pompam puellæ cæteræ omnes pulcherrimis ornamentis comptæ comitaturæ procedunt. *Quid enim videbis* (aiebat illa) *in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* *Cant. 7.* Itaque virtutes omnes, religioſus, qui futurus eſt perfectus, omni ſtudio, atque conatu accerſet, ac more procorum ad illarum feneſtras pernoctabit (quis me ita loqui prohibet, cùm de ſapientia ſic Salomon loquatur: *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei*) & Ioannes Clima. *in vlti. ſuæ ſcalæ gradu*: Beatus, qui eo zelo virtutibus inuigilat; quo zelotypi erga vxores ſuas.] Cæterùm ſi perfecti formulam quis poſtulet, epiſtolam D. Iuſt. Martyr. ad Zenam legat. Nobis ex Clemente Alexandri. *l. 4. Stromatũ* huc alterius veluti partem quandam afferre placet: Si quis ergo, inquit, per poſitionem, ei, qui eſt cognitione præditus, propoſuerit, vtrũ

malit

malit Dei cognitionem, an ſalutem æternam: ſint autem ea ſeparata, cùm ſint omnino eadem, nihil penitus dubitans elegerit Dei cognitionem propter ſe iudicans eſſe expetendam eam, quæ fidem tranſcendit per charitatem ad cognitionem, proprietatem. Hæc eſt ergo prima eius, qui eſt perfectus, beneficentia, quando non fit propter aliquem vſum eorum, quæ ad ſe pertinent. Cùm autem iudicauerit pulchrũ eſſe, & honeſtum id, quod bonum eſt facere, vehementer incitata operatio bene ſe gerit in omni operatione, non in aliqua quidem rectè, in aliqua verò non, ſed in benefaciendi habitu conſtituta, neque præterea propter gloriam, aut famam illuſtrem, neque propter mercedẽ, aut ab hominibus, aut à Deo, ad ſimilitudinem, & imaginem Domini vitam peregerit. Et ſi aliqua ratione, ei bonũ operanti aliquid contrarium occurrerit, talionem, paríſque pari relationem vt bonum, citra vllam acceptæ iniuriæ recordationem, proiiciet, vt qui erga iuſtos, & iniuſtos exiſtat

iuſtus,

iuſtus,& bonus.Eis,qui ſunt eiuſmodi, dicit Dominus: *Eſtote ſicut Pater veſter perfectus.* Ei caro eſt mortua, viuit autem ipſi ſolus, vt qui ſepulchrũ in ſanctum templum Domino conſecrauerit,veterem peccatis obnoxiam animã ad Deum conuertens. Is non eſt ampliùs continens,ſed peruenit ad habitũ impatibilitatis,vt diuinam figuram induat, expectans.] Hactenus Clemens. Porrò, ait aliquis, dum tam excelſum virtutis exemplar ob oculos ponis, ab ingreſſu religionis abſterres. minimè verò,ſed eos, qui ſodalitiis in perpetuũ ſeſe addixerũt,& ſegniter æuum tranſigunt,perterrefacio. eorum mores conuenio. vitam ad amuſsim regulæ,quam ſeruaturos ſeſe ſpopõderunt, examino, in quenquam eorum,nec iniurius, nec præceps cenſor. Moneo, quod charitatis eſt, homines magna auſos, ab incœpto itinere non reuocare pedem, quin etiam hortor ad culmen perfectionis curſu inoffenſo aſpirare. Habebunt, puto, gratias amico beneuolo, qui ſanum conſilium prębeat,

cunctísque prodeſſe vehementer exoptet.

CAPVT VIII.

Perfectio à Religioſo maximè quærenda in ſuæ Regulæ obſeruatione, vel circa minima.

QVoniam verò in præcedenti capite oſtendimus, religioſo homini in id maximè adnitendum eſſe, vt perfectionem acquirat, antequam vlteriùs progrediamur, eundem monitum volumus circumſpectæ cuiuſdam circa media diligentiæ Conſcendendum eſt ad perfectionis culmen. Variè ſunt, & eædem ad illam ſemitæ, ne contraria affirmare videar, me ipſum explico. Sunt in Eccleſia religioſorum varij ordines, varia ſodalitia, quæ varias etiam regulas, & conſtitutiones ſectantur. Sunt. quis dubitet? ad vnum, ac eundem finem à Deo excitatæ? multiplex igitur ad perfectionem

via patet. At ſingulæ ſuos alumnos in iiſdem virtutum generibus, quæ certo numero comprehenduntur, exercent. iiſdem ergo itineribus vbique ad centrum ſphæræ peruenitur. vis, vt aliquo Vatis oraculo rem demonſtrem? En tibi Zachariam, cui *cap.* 1. per quietem vir aſcendens ſuper equum rufum, qui inter myrteta morabatur, oſtenſus eſt. Hunc equi rufi, varij, & albi ſequebantur. qui omnes à Deo miſsi ſunt, vt perambulent terram, eíque præſint, & omnium bonorum abundantiam afferant. Certè ſub diſtinctis coloribus, ac vario curſu Dei iuſſa implere ſatagebāt. Quod in variis religioſorum collegiis cernere eſt. Religioſus ergo perfectionem capeſſere ſtudebit, iuxta regulæ modum quam profeſſus eſt: nā ſi omnia ſúſque déque miſcere voluerit, alterius ordinis ſtudia, ac exercitationes ad ſua trāsferre conatus, vt aptiora, caſſo labore defatigatus longiùs fugientem perfectionem minimè captabit. Qui enim, verbi gratia, Ordini S. Dominici, vel Societati Ieſu ad-

ſtri

ſtrictus eſt, vbi literis, ac obſequiis proximo impendendis perfectio quærenda eſt, Carthuſianorum ſilentium, atque abſtinentiam conſectari voluerit, vix eſt vt rectà ad optatum, ac præfinitum ſui itineris terminum peruenire queat. Quid ita? quoniam rerum ſpecies confundere non oportet. Alia exempla afferre non eſt neceſſe. Illud tamen non inuitus commemorabo, vnius ſocietatis conſtitutiones, quæ circa excellentiorem virtutis cuiuſpiam gradum verſantur, alterius progreſſui impedimento interdum fore. Nam alioquin virtus ipſa in vniuerſum accepta cunctis ſodalitiis neceſſaria eſt. Verbi cauſa, ieiunium ſeptimeſtre, quod à charitate, media temperantia imperatur, & à pleriſque ſodalitiis inſtitutum eſt, tametſi ſummopere prædicetur, haud tamen negari poteſt, quin aliarum ſocietatum longè diuerſas, attamen valde vtiles, & neceſſarias occupationes nonnihil remoretur, ob corporis attenuationem, viriúmque imbecillita-

tem,quam inducit. Quod verò diximus, in virtutibus corporis adminiculo, ac tolerantia egentibus locum habet: nam cæterarum prorsus ſpiritalium actus, cuiuis ſodalitio ad perfectionem comparandam omnino neceſſarij ſunt. Quin verò, & corporearum etiam, nõ quidem illuſtriores, ſed tamen rei, vel rationis qualemcunque mediocritatem conſequentes. Quemadmodum igitur leonis qualitates, & affectiones ipſum perficere perhibentur, haud tamen pecudi aduenerint, abſque illius magna imperfectione. Sic de ſublimiorum quarundam ſocietatum conſtitutionibus dixerim, quas aliis religioſorum collegiis incommodare, eſt dubio procul. Itaque cùm diuerſarum ſocietatum diſtinctæ ſunt veluti perfectiones, ſingulæ ſingulas ita ſequẽtur, vt in alium tranſlatæ non iam perficiant, ſed perturbent. Hoc ipſum ſanè eſt, quod pleroſque fallit, ac melioris appetitione, ab iis auertit animum, quæ ad ſuſceptæ profeſsionis imperium dili-

genter curari oportuit. Eſt ergo, cur vehementem erga ſui ſodalitij conſtituta amorem, ac reuerentiam in religioſo flagitemus: ſic enim fiet, vt quam ſemel Spartam nactus eſt, totis lacertis excolat, & exornet. Tametſi ergo ſocietatum aliam alia digniorem ſublimioremque agnoſcere, & fateri conueniat, profeſſo ſua regula pulcherrima videri debet, non ſecus atque vir coniugatus Helenam ſpecioſiſſimam quidem iudicauerit, at vxorem in conuictu illi iure prætulerit, tametſi minùs elegantem. Alioquin vix continget, vt quis præclarus palæſtrites euadat, quum ſuum agonothetam, ac xiſtarchem non magnifaciat. Et Romæ manens, Carthaginis arenariam ſuſpiret. Necdum ſocietatis is eſſe videtur, qui in eius ſolum tranſplantatus radices non egit: neque enim ab illa vitam, & incremétum hauriet, & areſcet fortaſſe ob humoris inopiam, qui ſic cœlitùs infunditur, vt tamen è terra per radices ſenſim attrahatur. Quamobrem verus perfectionis appetitor

regulam,quam profeſſus eſt,animo ſedulò verſet,& ad illius præſcripta animi ſui faciem intueatur, abſtergat, expoliat, ac elegantiſsimè comat.Cæterùm ſpecula ſic adhibeat, tametſi grandiora, vt illa haud planè ſua eſſe meminerit, ſed mutuò accepta. Non quidem negauerim humilitati conſeruandæ plurimum conferre, altiorem quorundam vocationem ſuſpicere. At commodum iſtud ſanè eſt. incommodum vitandum eſſe ego cenſeo, quod tunc facilè ſubitur, cùm in morem canis Æſopici, tuæ, quæ præſens eſt, regulæ obſeruantiam deſpicis, alterius grandioris quidem, ſed abſentis, nec planè tuæ, irrequieto intuitu, ac deſiderio ſuſpiras. Ne quis nos criminetur, in hac re diutius morari dictitans, carcinoma penè oſſeum, ac valdè frequens præcidendum eſt. ac dæmonis technæ detegendę,perdicis aſtu fallaciores,quę haud diſſimili ludificatione, Baſilio teſte, aucupem ſupplantat: ſe ipſam corpore grandiore oſtentans, vt pullos ſuos, quorum certa

erat

erat præda, dolosè ſubducat.

Iam verò & illud prætermittendum non eſt, perfectionẽ à religioſo in totius regulæ exactiore cultu, & obſeruantia comparandam eſſe, ens enim completum ſubſtantia, & accidentibus conſtat; quid ergo illam iſtis ſpoliamus? quàm tenella eſt oculi pupilla, quàm delicatus eſt humor ille chryſtallinus! non mirum ergo, ſi tot tunicis, ac inuolucris muniatur. Mihi crede, qui ſubſtantiam dumtaxat conſectandam inani garritu declamant, ij minus habent ſubſtantiæ, & plerumque vota ſubſtantialia cæteris minùs ſeruant. medullam non video ſine cortice, niſi vitæ expertem, & quicquid precioſum eſt, ne vileſcat, vel pereat, idoneo tegmento operitur. Attamen contra eos arma non torqueo, qui collapſam illam veterem ſodalitij diſciplinam in ſtatum priſtinum reſtitui nullo modo patiuntur. Nam ſi velint, quid iuris ſit intelligere, eos ad Feli. amando, *in ca. nam concupiſcentia. de conſtitut. & in cap. ad noſtram. de*

appell. Noſtri enim inſtituti ratio poſtulat, vt eos tantùm exhortemur, qui non quærunt, quid abſque crimine lethali facere poſsint, ſed quidnam arduum ſit, quod ſuperatum, magnam poſtmodum gloriam pariat. Reliquum ergo eſt, vt religioſus perfectionis amore captus, omnia illa adminicula ſibi paret, quæ regula exigit, nec minutiora contemnat ad magna tum conſequenda, tum conſeruanda mirum in modum conducentia, aut, ſi mauis, omnino neceſſaria.

CAPVT IX.

Quicunque perfectus eſſe cupit, is tota animi contenſione, ſingularum virtutum habitus ſibi comparare conatur.

VIrum itaque perfectum effingentes, ab eo iure poſcemus, vt partis habitibus ornatus in Angelorũ ſeſe conſpectum prodat. non quæuis ſu-

pellex digna Salomone. Diues ergo, & precioſa inſtruatur, neceſſe eſt. Virtute ille prædituseſt, qui illa commodè, ac cum quadam voluptate vti poteſt: alioquin vix eſt, vt ſolida, & non magis vmbratilis eiuſmodi hominis poſſeſſio cenſeatur. Sic quidam, ait S. Nilus in libro aſcetico, è diſcipulis Eliſæi, cùm ad Iordanem materiam ſuccideret, & ferrum ſecuris in fluuium cecidiſſet, periculo animaduerſo, ad magiſtrum clamauit, Heu, heu, inquiens, domine mi, & hoc ipſum mutuo acceperam.] Id illis accidit, qui quæ mala didicerunt, docere conantur, & finem optatum aſſequi nequeunt, qui non ex proprio habitu loquuntur. Quæcunque anima habitibus caret ſine dote, & armillis eſſe videtur. Nec ſatis expeditè de vinea, aut mille argenteorum reditu cum ſponſa illa Canticorum gloriari poterit, *Cant.* 8. Non ego diſputo, vtra illarum ſententiarum verior ſit, an quæ moralium virtutum infuſos habitus dari affirmat, an quæ contrà, ſtudio, ac

exercitatione dumtaxat illos comparari exiſtimet. Vnum illud contendo, religioſum curare id ſtrenuè oportere, habitum cuiuſuis virtutis, vt ſibi conquirat. Habitus enim, teſte Ariſtotele 2. *Phy. tex.* 17. quem D. Thomas ſequitur 1. 2. *qu.* 48. *at. re.* eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. deterret difficultas, vt alliciat felicitas, habitus ſecum mercedé trahit vberrimam, illius poſſeſſori id præſtans, vt magna cum delectatione actiones præclariſſimas proſequatur. Fit enim quodammodo homini connaturalis virtus ex frequentatis actibus parta, adeò vt operari, ac ſublimiora in dies meditari non pigeat. O ſi ſcires, Religioſe, quantum exercitatio valet, iam id celer conareris, quod teſtudineo gradu vix inchoare audes. recordare habitatorum Gabaa, quos Iudicum hiſtoria, *Iudic.* 20. ſic fundis lapides ad certũ ieciſſe narrat, vt capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Nam licèt hyperbaton hîc agnoſcas,

exercitationis tamen vires esse maximas perspicies, vt propterea res incredibilis videri non debeat; præsertim cùm Aristoteles, aut quisquis author est libri de admirandis auditionibus, Ligures olim ex aduolantibus alitibus designatam aliquam ictu certissimo fundæ pertingeret. At quid, inquies, exercitationem inculcas? quoniam ea comparandis habitibus necessaria est. Assuefac te, inquit M. Anton. Imper. *libr.* 12. *de vita sua*, ad ea etiam, de quibus desperas. Etenim læua manus, cùm ab alio obeunda sit inhabilis, propterea quòd non consueuit: tamen frænum fortiùs quàm dextera continet.] Præclarè sanè D. Greg. Nazianzenus *in præceptio. ad virgines*, nos hortatur, vt summo studio, ac tota animi contensione naturæ ad malum propensionem in bonum conuertamus, eósque imitemur, qui aues, ac feras ea addiscere coëgerunt, quæ hominum esse propria videntur. Quãobrem postquam suauiter occinit, psittacos, coruos, sturnos, humanas

imitari voces, equos ſupra funem incedere, vrſam iudicis mentẽ fingere, leonẽ, & elephantẽ pueris parere, poſtquã diuturno labore ea perdocti fuerint, tandemin hæc verba perfectionis amãtes hortatur, & ſegnes expergefacit.

Ergo hominũ generi vitam præferre ferinã
Non dubitas? ſi cũ natura inflectat earum,
Vis hominũ labor aſſiduus, doctrináque lõga.
Hi contrà indociles perſtent, ne flectere mentem.
Ad meliora queant, quantumuis ſermo propinquus
Inſonet, & recti præcepta inſtillet in aures.

Hinc ergo alios oculos ſume, quibus me, atque cæteros ad pulcherrimam, ac ditiſſimam habituum ſupellectilem comparandam, vehementiſſimè vrgeam. Nullus opifex eſt, qui rudi artis peritia contentus ſit, nec is artis, vel ſcientiæ peritus habetur, qui nec-dum longo vſu, & exercitatione illius habitum acquiſiuit. Et virtute is prædítus cenſeatur, qui illam ſibi veluti innatam non reddidit? libet rem, de qua diſſero, in ſaltatore propiùs

ſpectare, ſaltatoriam qui cupit addiſcere, haud ſe illam putat tollere, tametſi agili ſit corpore, atque robuſto (nam choreas is minimè ducit, qui expeditè quidem, non tamen ad modulos pedes mouet) magiſtrum itaque concinnè ſaltantem ſæpius vt videat, & obſeruet attentiùs, neceſſe eſt: tum ipſe inſpectante magiſtro, & pedes mouebit, & gradum per gyrum inflectet non ſine concinnitate, ac elegantia membrorum. toties eoſdem ſiue ſaltus, ſiue circuitus, ſiue curſus breuiores, ſiue greſſus citiores repetet, donec ad artis præſcriptum ipſemet plantis vſu, ac exercitatione eam facultatem indiderit, quæ ad choreas perbellè ducendas neceſſaria eſt. Quid choreas, inquit aliquis, religioſo in mentem reuocas? quaſi verò non liceat in quoſdam exclamare liberiùs? Annon meminiſtis Dauid Regem in organis armigatis percuſsiſſe, & Ephod amictum totis viribus coram Domino ſaltaſſe? eſt itaque chorea ad ſalutem, eſt ad gloriam, tametſi Mi-

chol, mundana, inquam, ſapientia, & carnis prudentia, illam deſpiciat. Quapropter cui lento ac ponderoſo ad ſaltandum corpore ſunt, ij naturam rationi parum morigeram, ac virtutis imperio rebellem conſecutos iudicant: at membrorum agilitate præditi, viros ad pietatem, humanitatem, ac beneficentiam naturæ propenſos inſinuant, quos tamen virtute præditos iure non dixeris. Itaque tot virtutum magiſtri diligenter ſpectandi, ac obſeruandi ſunt, omnes tamen corporis lacerti cum gratia ac venuſtate poſtmodum ciebuntur: nam qui cernunt tantùm vitam ſedentariam agentes, iidem manent, qui ante ingreſſum fuerunt. Non eſt quòd pluribus arrepto ſimili immoremur, attexamus ſequentia. Ad virtutum habitus inducendos attentione opus eſt, quæ omnia nobis quotidie contingentia, non fruſtra, aut temere euenire, quin potiùs à Deo immitti, vel permitti, vt illi fini, quem diximus, ſubſeruiant, oculatè decernat. Hac animi attentione cùm

homi

hominum vulgus careat, & caſui cuncta committi putet, & nullum vnquam querimoniarum modum facit. At præter rectam iſtorum, quæ contingunt, negotiationem, religioſo id eſt audendum, vt de induſtria ſingularum virtutum actus frequentare ſtudeat: tamerſi enim propter ſummam, quam illæ inter ſe habent, cognationem, in vna tantùm ſeſe ſtrenuè exercens, ipſius habitu comparato, cæterum etiam habitus conſequatur, multò tamen perfectiùs ex ſingularum vſu, & exercitatione, quàm vnius dumtaxat oriantur illi, propter eam ſenſus repugnantiàm ſpecialem, quam experimur circa peculiaria, ac diſtincta virtutum, ac paſsionum obiecta. Iam verò religioſus, quoad fieri poterit, non remiſſos tantùm, ſed intenſos, quos vocant actus, eliciet, vel imperabit, vt quamprimùm diuitias ſibi ingẽtes comparare poſsit. Cauendum verò eſt, ne aut priſtinus ille animi feruor remittatur, néve vllam interruptionem obſiſtere patiamur,

adeò vt hodie pugiles ſtrenui in puluere videamur, craſtina verò die claudicemus. Opportuniora media ex ſeniorum conſilio, & ſapientiorum exemplo diligenter adhibebimus, ita tamen, vt non quæuis à quouis. Poſtquam vires noſtras emenſi fuerimus, & meta propria ob oculos verſabitur, interiore animi motu, inferiores facultates impellemus, quas ab ardentiſſima virtutis comparandæ ſiti tametſi inertes, & plumbeas, concitatiùs moueri experientia compertũ eſt. At quia vitioſi interdum, aut non ita puri habitus gigni ſolent, ne recti ſpecie fallamur, néve materialem, quod aiunt, habitum dumtaxat, abſque propria forma comparemus, in quauis actione cũcta circumſpiciemus, imirũ, vt quicquid agitur ſolum ſibi virtutis decus propoſitum conſectetur. Alioquin conuitia, & contumelias, more Diogeniano, quis perferẽs callum quidem obducet, fortis tamẽ Chriſtianus nequaquam erit; vt id omittam, quod incauti fermento Phariſaico, quod eſt

hypo

hypocriſis, operationes ſuas conſpergunt, & fœdant. Quoniam verò, ex Philoſophorum ſententia, inferiorum agentium vires, ac patientium capacitates, tametſi inter ſe valdè coniunctæ, ſine ſuperiorum (quæ æquiuoca, & vniuerſalia vocant) principiorum vi, ac influxu nihil efficerent, adeò vt ceſſante motu cœli, ignem paleæ admotum nequaquam combuſturum opinentur, nos omnes, ſiue ſtudia, ſiue conſilia, ſiue conatus, ad virtutes comparandas ſic conferemus, vt paratis omnibus, nihil tamen nobis vendicemus, quin verò ea ipſa flauida, ac imbecilla valdè exiſtimabimus, niſi præſens adſit Diuinum Numen, cuius fauore, ac efficacia, quæ ipſe in nobis incœpit, ac promouit, ex eiuſdem liberali gratia, ac munere perficientur. Quamobrem Eliam Thesbiten imitabimur, qui 3. *Reg.* 18 lignorum ſtruem, comportatam aquam, ac in partes ſectum animantis corpus diuino igne conflagrare ardentibus votis petiit, & obtinuit. Neque tamen magna illa an-

xietas,

xietas, ac diligentia, ad reuincendos impios ſatis virium habuiſſet, niſi Deus, qui ea aggredi ſancto viro inſpiraret, ad felicem exitum perduxiſſet. Cæterùm, vt ad alia tranſeamus, partis habitibus vti opportunè cõueniet, ne fortaſſe in morem priuilegiorum per non vſum deperdantur. Tutius tamen fuerit ad partũ peculium conſeruandum ſeſe egentem, ac inopem reputare; talémque videri velle, ſimúlque in id incumbere, vt ſemper operans inſatiabili quadam veræ, ac perpetuæ gloriæ cupiditate laboret.

CAPVT X.

De dilectione Dei ardentiſſima, qua Religioſus affici debet.

TErrenis curis ac mundi ſolicitudinibus ſolutus Deo liberiùs vacare, atque in eius amorem flammantiùs rapi vtique poteſt, verè dicam, & debet. exſiccato omni prorſus humore

ignis

ignis in eſca facilè concipitur, auctaque materia mirum in modum exardeſcit. Quamquam nihil eſt, quod citiùs carnis concupiſcentiam abſumat igne diuino. Hunc ignem Religioſus in pectore fouet, ſubminiſtrata ad horas ferè ſingulas a i nonia illam adaugens, ſic totus immutatur, & Deo propior factus dicam & ſimilior, vix eſt vt humani quicquam vel moliatur vel ſentiat. Verus amor ex infuſa diuinitus charitate proficiſcens, quò altior eſt, eò magis amoris diuini qualitates atque vires refert. Quippe Deus ſeipſum ita diligit, vt omnia propter ſe velit & amet, & quidem neceſſariò. nos verò propter nullum hinc percipiendum commodum ſic amat, vt nemo magis, nec ipſe quidem homo ſe ipſum diligens, ac ex neceſſitate bonum in vniuerſum expetens. ſe toto Deus totum ſe diligit, ſui vt notitia ita & fruitione beatus, id certè ſummope e adnitens vt à nobis ardentiſſimè diligatur.

Pudeat ergo tam ardenter amantem non amaſſe: at totum illud quod tanti

boni

boni amori impenditur, valdè exiguum exiſtimetur. Pudeat ſupremum ducem non ſequi, qui tametſi noſipſos non diligeret, ob id tamen diligendus eſſet, quia ſe ipſum diligit, neque enim minùs bonus eſſet, ſi nos non diligeret, tametſi ex infinita bonitate immenſus in nos omnes illius amor oriatur. Amat alterum, qui illi bonum aliquod exoptat. Quid ergo boni Deo cupiam, cui nihil deeſt? At qui alicui bonum vult, id planè illi præſumitur, quod eſt, & habet, ſi bonum eſt, vt poſt modum aliquid ampliùs boni quod deſit non inaniter velit. Amans itaque Deum, bonum illi vult non quidem aduentitiũ, quum infinito nihil vlterius adiici queat, ſed illud ipſum quod eſt. Quamobrem gaudet de Dei immenſitate, omnipotentia, ſapientia ac bonitate, quę & exiſtere & cognoſci vehementer exoptat. Quamquam & bonum quoddam ex bono fluens enixè vult non tam Deo, quàm propter Deum. & quidnam illud eſt? vt eius in omnibus voluntas impleatur. Idcireo dixi Deo

bonum

bonum non imprecari, qui voluntatem eius impleri desiderat, siue enim ea impleatur, siue non, nequaquam felicior aut minùs felix futurus ille est, vtrouis actu felix, quoniam seipsum volens ac sibi placens beatus est. Attamen qui Deum amat, omnia eius subiicit imperio non illius tantùm vi ac potestate, quæ cuncta peruadit, sed volentis atque assentientis libera electione. Qui sic affectus est, iis propriis ferè appetitionibus viduatus, Deũ in se ipso velle & exequi, quæcunque illi libuerint, læto animo fert, non libertate carens, sed illa nonnisi ad Dei nutum vtens. Quid istiusmodi voluntate beatius? Hæc enim se & omnia sua Deo dicat, offert, & si refragetur inferior facultas, mactat, tot de se veluti incruenta sacrificia offerens, quot à Deo non exigi sed expeti animaduerterit. Huic amanti nihil aduersum, nihil inopinatum, nihil ferè graue acciderit. quid ita? quoniam non suam sed Dei voluntatem impleri vehementer concupiscit. O admirandas amoris diuini vires! At nondum limen

attigi.

attigimus. Quiſquis Deum amat, vix vllam nouit deplorare cladem, præterquam ſcelerum perpetrationem: quo pacto enim ſponſum vnicè dilectum rurſus crucifigi corde pręduro ac ſiccis oculis patiatur? Ab omnibus verò agnoſci, coli, & ardenter amari Deum, Dei amans ſine modo cupit. cuius rei gratia interdum vix adduci poteſt, vt credat aliquos Deum non amare, interdum queritur non amari, interdum putat ſe illum non amare. Quapropter omnes ſocios habere homines vellet, omnéſque ad agnitionem veritatis peruenire, tametſi ſanguinem fundere, ac acerba quæque perpeti oporteret. Et quia Deum amat vſque ad odium ſui, vt aduersùs Babylonem ciuitatem ſanctam extruat, millies mori malit, quàm vel leue crimen committat, non metu gehennæ perterritus, aut præmij tantùm dulcedine illectus, ſed ſola charitate perſuaſus. Proteſtatur verò ſe malle id non ſemel, ſed ſæpe, tametſi in nouum ſcelus non delabatur, expunctis iam & expulſis vel ex ipſius memoria

veteribus reatibus lõga pœnitudine ac planctu,quem diſtillauit amor ſalubrẽ illum timorem ſubſequens. Quòd ſi in venialem culpam inciderit (quis etenim mortalium ab illa prorſus liber communi lege vixerit?)eam ferè deplorat ac ſi lethalis eſſet,quanquam amantium eſt ad peccati diuiſionem minimè deſcendere, cùm vel ipſius nomine auditio tori perhorreſcant, & præterea quicquid eius tenuiſsimam vmbram refert, celerrimè ac conſtantiſsimè auerſentur. Quapropter in eo diſcernendo moroſiores, ſcrupuloſi vulgò vocentur,ac cenſeantur,pulſo licèt iam metu, & ab ardẽtiſſima flamma ſtipulis iampridem abſumptis. Dei ergo amator nil putat acerbum niſi crimen, quod contra ipſius placitum à libera hominis voluntate fit:& quia ſponſum nollet offendi, cunctorum culpas veluti proprias inconſolabili luctu deflet. Iux vecordiæ cæterorum lapſus Chriſtiana animi demiſſione attribuens,ſe redarguit ſi ob irrogatas iniurias doleat, quum ob tantas in ſummum

rerum

rerum conditorem ſub idem temporis momentum ab innumeris mortalibus illatas contumelias magis dolendum eſſe cenſeat. Quis verò (naturali illo amore haud penitus excuſſo, ſed ſuſpenſo) ſi fortè ſe à quoquam in re vel perſona læſum ſenſerit, non tam propria damna lamentatur, quàm læſi Numinis maieſtatem? Hinc ſuos natales ducit zelus ille prudentia ſeptus, quo Dei amans, alioquin pius & clemens, impuros, quorum peſsimis exemplis cæterorum vita contaminatur, & deſperata emendatio eſt, vel ad medelam puniri, vel de medio tolli ſanctè deſiderat. Hinc illud vehemens deſiderium promouendi virtutum ſemina, ac mores omnium ordinum reformandi. Hinc preces iſtorum causâ valde crebræ Hinc magna, ſed tamen conſiderata in dicendo libertas, quæ nec potentiorum impudẽtiæ ac improbitati parcit. Meritò ſanè Chriſti amore imbutus illius hoſtes inſequitur, nullibi eos conſiſtere patiens, quos voluntate, verbo, ſtilo, vitæ denique exemplo veluti

mucrone acutiſsimo toties repullulantes confodit. Cùm ergo nullibi crimen eſſe cupiat, Deum vbique videre optat, omnia regis ipſorũ inſignia vel ipſum fronte præferre. Eſt verò illi perfamiliare, vt Deum vbique cernat, vbique inueniat. quid dico inueniat? cùm illius ſemper præſentiam ob oculos habeat? geſtat ergo, vt theophorus iure dici queat. Quiſquis enim amantium vel ſe, vel alium, vel alia propter ſe diligit, ſe ipſo ſibi nihil præſentius habens ſiue ſitu, ſiue affectione: at Dei amator ſe ſibi iampridem ſubtraxit, Deo, felicisſima permutatione, in ſui locum ſubrogato. Annon ergo Deum ſemper præſentem habet? annon eum creatorò alloquitur? annon eius pulchritudine, & in humanis adhuc agens perfruitur? An ergo ſterilis ſit, annon potiùs ferax? An vulgaribus conatibus contentus ſit? Annon Martyr eſſe vehementer experit? Annon ſibi martyrium creat amor? Annon ſe ardenter amantes diſcruciare cœperunt, cùm tyranni atque tortores ſæuire deſie-

runt?

runt? Neque diuino amore paulò plenior cuiuſuis generis,& quidem licitis voluptatibus procul abdicatis , auſteriorem vitę rationē conſectatur,in eum finem duntaxat , vt carnis ſuperbiam reprimat , cùm plerique ea ferè emortua, vſque ad extremum ſpiritum duriſſima tormenta ſponte perpeſſi fuerint.Quid ergo illos adegit,ſolitudinis horrorem, famis & nuditatis afflictiones , inediæ , & flagellorum cruciatus, opprobria & contumelias , ſerpentum ac ferarum conſortium,dæmonum terrimas ſpecies , ac diuturnas infeſtationes fortiter perferrè , niſi amor? Quid illos compulit nouis pœnarum inuentis iugem ſibi creare mortem, & communes veluti dolores ac ſupplicia faſtidientes , inuſitata excogitare tormenta ? In ſe ipſos ferè crudeles dicerem,niſi quòd iſtorum omnium opifex diuinus amor iure vetat. Teſtem huius meæ ſententiæ locupletem habeo Theodoretum in illa ſua paræneſi de charitate, adiecta Philotheo , quem ab omnibus amoris puriſſimi amatoribus

legi

legi oportere censeo. Sed nimis, inquit aliquis, oculatum amorem facis, qui noua suggerat; nimis potentem, qui corpus amara, acerba, grauia q́ue alacriter tolerare cogat. Quis dubitet? Ostẽdam tamen amoris diuini cæcitatem, ad eum sanè modum, quo Bartholomæus Apostolus apud D. Dionysium Theologiam ait simul magnam & minimam esse. Deum quippe ardenter amans, diuiniore quodam lucis excessu cæcatur, dum nihil sublunare miratur, & quæ vulgus hominum suspicit, ne leui quidem dignatur intuitu. An non cæcus amans est, qui valentioribus interdum viribus pollere se putat, quàm polleat? error est, fateor, sed amoris tamen. cui non tam parcendum quàm gratuladum, differt enim à Moabitica præsumptione, quam Ieremias vates reprehendit. Dicam & id lubentiùs, amãtem ea interdum expetere quæ fieri vel nequeant, vel non conueniat. an hunc amentem appelles? per me tibi liceat, cùm stultitiam quãdam propter Christum inueniam, quæ viros aliquot præ-

stan

ſtantiſſimos amẽtiam ſimulare docuit. præſertim Simeonem illum magnum lupinis Ioanni cuidam porrectis Origenis nimiam ſapientiam ſuggillantem. Certè Bernardum alicubi ſentio illud Vatis vſurpare ſuauiter, Inſanire libet, non dubium quin præ diuini amoris vi. Amor planè exultationem pariens, totum ſic amantis corpus exagitat, vt ille ignaris & ignauis in furorem verſus videatur. Annon recordamini Seruatoris noſtri, quem funibus conſtringere ipſius cognati atque propinqui voluerũt? Quid miramur amoris impulſum, ac impreſſionem, cùm nihil ſine amore prępotens ſit & omnis motio alicuius boni appetitionem cõſequatur? Ferè dixerim, pudet amantem ſolius voluntatis vi, non etiam corporis tractu præſentiam latentis Numinis ſentire, & illius apertam faciem laxatis interdum curſui pedum habenis diſquirere, comites nunc mitto crebra ſuſpiria, iuges gemitus & ſingultus. nam de perenni lacrymarum fonte non plura dico, niſi quòd in ple-

risque præ flammæ ardore ac diuini caloris exceſſu pluuiæ generatio impeditur. Sed vide alternantes vnius ac eiuſdem amoris vices, qui ad motum & curſum inertia membra impellit, immiſſa extaſi, ac ſubductis ad interiora viribus orantem ac amantem, vt commodiùs amori vacet, immobilem in modum rigentis ſtatuæ ſiſtit, externorum ſenſuum functione prærepta. En ſublimem religioſi diligentis Deum circum & metam. Huc ſanè cùm peruenire dubium fuerit, corporis diſſolutio tandem exoptabitur, ac mors deſiderabilis efficietur, illi nimirum qui amore conſummato perfrui vehementer expetierit.

CAPVT XI.

Religioſi erga proximum dilectionem qualem eſſe oporteat.

FRatrum dilectio & quidem paulò vehementior ex D. Baſilij ſententia

in regul. reg. 2. *breuiorum* charitati in Deum ardentissimę associatur. Quamobrem rectè Augustinus (quem refert *S. Tho.* 2. 2. *q.* 22. *art.* 12.) *l.* 1. *de doctrina Christia. c.* 28. Ille, ait, sanctè ac iustè viuit, qui rerum integer existimator est, ipse autem ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum, aut ampliùs diligat quod minùs est diligendum, aut æquè diligat, quod minùs vel ampliùs diligendum est, aut minùs vel ampliùs, quod æquè diligendum est. isthæc verò amoris erga proximum expensio, vt omnibus Christianis imperatur, ita & selectiori religiosorum cœtui cordi esse debet. Pauca hîc annotabimus, quæ isti caueant, ne pretioso fraternæ charitatis dono spoliẽtur. Principiò illud statuo, in qualibet societate, charitatis mutuæ nexum potentissimum fore, quo illa conseruetur, muniatur ac in dies magis ac magis efflorescat, alioquin ea sublata, ortisque simultatum ac dissidiorum zizaniis, bonam virtutum & obseruã-

tiæ regularis frugem ſuffocari nemo non videt. Soleo dicere dæmonem tunc maximum aduersùs ſanctæ diſciplinæ propugnacula arietem admouere, quoties iura fraternæ dilectionis violare nititur; vix eſt, vt excidium arcis non pertimeſcam, cùm inteſtinis bellis ſodalitiorum ſtabilitatem concuti audio. Quæuis magna reſpublica tandiu aduersùs externas vires immota perſtitit, quandiu internis non laborauit diſcordiis. Itaque ad illius modum quæuis ſocietas ritè conſtituta ſuo pondere ad ima ruit. Quàm ergo ſtrenuè laborandum eſt, vt concors ſit omnium religioſorum voluntas, & vt diſcenſionis vel leuis ſcintillula, prudenti ſeniorum opera quàm celerrimè reſtinguatur. Amputandæ ſunt cauſæ, quas eſſe multiplices ipſa experientia monſtrat. Docendi itaque ſunt fratres neminem offendere, docendi & omne genus offenſæ perferre. quòd ſi primum ob libertatis humanæ conditionem euitari non poteſt; poſtremum vt prę-

ſens malo remedium adhibeatur. Valde rarum eſt, non pulſari interdum priuatis contentionibus ſocietatem, at rariſſimum illius ſtatum ab eis conuelli. Certè ſi quis ferus homo velut Cæſer cæteros conturbet, nec ſeuerioribus animaduerſionibus corrigatur, mittatur in ſyluam, ligna ſuccidere vel ſaxa. At inæqualitas, inquies, diſcordiæ perſæpe mater eſt, & latentis odij nutrix. non inficior. frenanda igitur eorum eſt audacia, qui quoſdam præcellere ægro animo ferunt. nam veſaniæ genus eſt, ſocietatis ſeniores ac cęteros ob præclaras animi dotes digniores, pari gradu cenſere. Verumtamen eſt paci atque quieti valde conſultum fore, ſi ad domorum religioſarum præfecturam non docti duntaxat, ſed & alij, qui in negotiis tractandis mediocri prudentia ac dexteritate pares, literarum cognitione inferiores ſint. Quamobrę in aliquot ſodalitiis vſu receptum video, vt laici quidam fratres, & qui aliàs terræ glebas proſcindebant, regimen ſuſcipiant. Quam ſanè conſuetudinem

non

non mihi omnino probari liberè dixerim. Interdum etenim contingit, vt religioſus paulò rudior, tametſi probus, haud tamen eo ſanctitatis gradu præcellens, vt literarum defectum, & prudentiæ abſentiam (quippe nunquam rerum vſu, ac experientia collimatus) diuiniore illa colluſtratione ſuppleat, duriſſimè & valde intempeſtiuè ſubditis imperans, tumultibus atque ſeditionibus viam ſternat. Iam & illa in ſodalitiis æqualitas laudatur, quæ rectores, ac præfectos per vices poſt certam temporis metam mutari curat. Solet enim perpetuitas illa dictaturæ onerosa eſſe, præſertim cùm admodum pauci reperiantur, D. Ambroſio teſte, qui illam deponant. Placet hac de re D. Nili ſententiam ex ipſius epiſtola hîc in medium afferre. Tradunt, inquit, rerum naturalium obſeruatores, grues triginta dies commune auium agmen ducere; deinde alteri grui idem munus tradere. Qui nunc gregi tuo præeſt, ambitioſus, imperandíque cupidus, vt audio, expleto de more iã anno miniſte-

rij ſui,non permittit, vt alius regendi munus,curámque ſuſcipiat,& quid dicemus ad hoc? Audin'? coniector hinc eſto multorum,quæ ſodalitiis accidũt, prorogatam quorundam præfectorum gubernationem cauſam extitiſſe.Nunquam Cæſar eò audaciæ progreſſus eſſet, vt patriæ libertatem eriperet, ſi in geminata quinquennia eius in Galliis imperium prorogatum non fuiſſet, nõ inuidiam cæteris Romanis mouiſſet, vnde Reipublicæ euerſio orta eſt.Contingit non rarò, vt qui diu regiminis habenas tenent, guſtata neſcio qua Babylonica ſuauitate,in alios ſua poteſtate paulò ſeueriùs vtantur.&,cùm nonnullis ſint infeſti, cæteris verò plus æquo indulgeant, ne ſi omnes pariter exagitent,& tyrãnide excidãt, ſanctam ſocietatẽ in factiones belligerantium ſi non vi,ſaltem aſtu ac dolo improuidè diſſuunt. Quamuis autem iſta vitarentur incommoda,rationi valde conſentaneum eſſe reor, ſi & imperantis perfectioni conſulatur, quem rurſus periculum facere decet, an ob diutur-

num

num imperium, artem obediendi oblitus fuerit. cùm & illud percommodum ſodalitio ſit, ſi & alij, mutatis rectoribus, arduam ac difficilem præcipiendi peritiam ipſa muneris exercitatione condiſcant, & concordiæ fœdera hac vna ratione firma maneant, quæ diuturnum cuiuſpiam imperium violarat. Æqualitas iſta, quæ dilectionem atque pacem fouet, vniformem totius conuictus rationem ac modum iure deposcit, tametſi infirmioribus nonnulla indulgeantur. vbi enim ſeruatur regula, omnia ſunt communia, quæ ſanè communitas vti vrbibus olim, & nunc etiam rixis atque iurgiis latam viam aperiret, ita ex aduerſo in ſacris domibus concordiam atque pacem conſtabilit. Æqualitas ſingularitatem, quam vocant, nullo modo fert, quæ alumna ſuperbiæ, dum ad ſe omnium oculos ſtudet conuertere, omnium corda perturbat. Æqualitate duce immunitates ac exemptiones ab oneribus regulæ à ſodalitij gubernatoribus nonniſi vrgentibus de cauſis cõceduntur. Æqua-

litas labores ac operas, pro cuiuſuis religionis inſtituto ex æquo partitur, ſeruata tamen geometrica proportione, ne querimoniarum moleſtiſſimus ſonus audiatur. Vbi verò literarum ſtudiis vacatur, ad concordiam ſarciendam prudenter cautum eſt, vt ſinguli ſingulis diſciplinis collegio vſui futuris pro cuiuſque captu operam dent. nam ignari ſe contemni fortaſſe arbitrarentur, eóſque puderet vt anſeres inter olores verſari. Non omnia complecti poſſumus. cętera diſpiciet oculatior. Cæterùm duæ teredines virens tranquillitatis lignum corrodentes cauendæ ſunt. inuidia & ſuſpicio. vtranque inuehit in caſtra Dei peſtilens ille Belial, vt animorum religioſam coniunctionem diſiungat. Liuor grauis morbus eſt, qui interdum curatione incrementum capiet; nimia quorundam lux aliorum oculos offendit, ſiue ij ingenio atque ſcientia, ſiue ſanctitatis opinione, ſiue accurrentiũ frequentia ac multitudine præcellant. Interdum imperiti doctis inuidentes, eos ſu-

perbiæ

perbiæ ac elationis insimulant, sanctitatis interim nomen aucupantes, dum illud Pauli inter quosdam obmurmurant, *Scientia inflat, & charitas ædificat.* Quid verò de suspicione ac iudicandi aliorum facinora temeritate? annon sæpe religiosorum consortium amarulentia inficit, adeò vt illi sese toruis aspiciant oculis, & officium salutandi deferant? Sed aculeatiora nunc mitto, & quædam arcana, ne vulgi prouerbiũ sequar, Fratrum ac Religiosorum persecutiones cæteris celebriores facientis. Vnum est quod commemoro, religiosum charitatis mutuæ periculum facere posse. examen hoc adhibeat. An vlla fratris illum satietas cœperit. An socios æquabili reuerentiæ significatione prosequatur. An seuerus & iniquus morum illius sit iudex. An imbecilliorum infirmitatem corde placido ferat. An errantes debitis seruatis cautionibus Christianæ beneuolentiæ ergo admoneat & corrigat. An cuncta in meliorem partem interpretetur. An fratris laudes læta mente, hilarique

vultu ſentiat, an verò triſtetur, & ad alia tranſitum quamprimùm fieri cupiat. Non ſunt hæc leuia. Certè ſi aquilegibus præbita præmia, quum intus latentem aquam explorant, maior iis gratia habenda erit, qui occulta vitia detegant.

CAPVT XII.

Religioſus ita cæterorum ſaluti & commodis conſulet, vt ſui memor pericula caueat, & damna.

AGe, videamus an iſthæc proximi dilectio periculum diligenti interdum creet. Puto quiſpiam miratur, dubitare nos an beneuolentia erga homines religioſis ſalutaris ſemper futura ſit. Quaſi verò multi non reperiantur, qui ſeipſos contemnant, cæteros cordi habeant. Ordo præpoſterus, magis de alio quàm de ſemetipſo eſſe ſolicitum, ac cum ſui diſcrimine alte-

rius ſecuritati inuigilaſſe. Valeat hæc interdum permutatio, nimirum, vt quis ſui oblitus, cæterorum vtilitatem perſequatur. Nam qui pro patria fortiter prælians occumbit, aut pro amico ſanguinem profundit, is iuxta ſapientiorum ſententiam nequaquam ſui obliuione capitur, quin potiùs valde memor, ſe magis, quàm patriam vel amicum diligere cenſetur. At obliuioſos illos ego criminor, qui aliorum ſaluti inuigilantes, nullis virtutum ſeminibus agrum animi ſui ſerunt ac excolunt: ac valde ſenticoſi & ſaltuoſi, fratrum ſuorum pectora ſylueſcentibus lignis ſucciſis, in amœniſſima roſaria ac nemora conuertunt. Non iſtos ego probauerim, tametſi fortis ac inuicti nomen ſortiatur Eleazarus immanem belluam trucidans, ac mox illius pondere oppreſſus corruens, ipſa ſua victoria ſepultus. Fideiuſſores incautos dixerim, qui beneuolentia ducti ſuam pro aliis fidem obſtringunt, & propriis emolumentis poſthabitis, ac familiæ ſuę commodis neglectis, to-

tum plerumque cenſum haſtæ ſubiiciunt, nuditatem ipſi cariore pretio comparantes. Quænam quæſo patrisfamilias prudentia fuerit, ſi alterius vt vxoris pudicitiam tueatur, ſuæ bonum nomen atque cuſtodiam neglexerit? Iure ergo religioſorũ ea diligentia mihi haud ſatis probetur, quæ alios virtutibus imbuere nititur, ſeſe egentem & inopem præterit. Is eſt naturæ ordo, quod & S. Thomas Aquinas obſeruat, vt ex cibis in ſtomachum demiſſis, quod nutriendo ſuſtentan[illegible]que indiuiduo ſit ſatis, primum & ante omnia demat; quod verò reliquum eſt, veluti propagandæ ac conſeruandæ ſpeciei organum neceſſarium in ſeparatis vaſculis decoquendum reponat. Iam verò in aliam tum regionem exportari frumenta licebit, cùm locus, vbi ſeges enata & demeſſa eſt, neceſſariis alimoniis abundauerit; nulla enim ratio patitur inuerſo ordine rem peragi, & fame regionem vexari, quę omniũ prima fouenda eſt. Neque verò ſuperuacuè tot adhibemus exempla, graſſa-

tur

tur enim error, quem insequimur, passim, & fortasse velata facie plerosque supplantat. Audiamus D. Bernardum *l. 2. de consid.* non tantùm Eugenium, sed religiosum quemlibet in hęc verba monentem. A te tua consideratio inchoet, ne frustra extẽdaris in alia te neglecto. Quid tibi prodest, si vniuersum mundum lucreris, te vnum perdens? Et si sapiens sis, deest tibi ad sapientiam, si tibi non fueris. Quantùm verò? vt quidem sensérim ego, totum. Noueris licèt sua mysteria, noueris lata terrę, clara cœli, profunda maris: si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento: ruinam non structuram faciens. Quicquid extruxeris extra te, erit instar congesti pulueris ventis obnoxium. Non ergo sapiens, qui sibi non est sapiens. sibi sapiens erit & bibet de fonte putei primus ipse. A te proinde incipiat tua consideratio, non solùm autem; sed & in te finiatur. Quocũque euagetur, ad te reuocaueris eam cum salutis fructu. Tu primus tibi, tu vltimus. Sume exemplo de

summo

ſummo omnium Patre, verbum ſuum & emittente & retinẽte. verbum tuum conſideratio tua. quod ſi procedit, non recedat. ſic progrediatur, vt non egrediatur. ſic exeat, vt non deſerat. In acquiſitione ſalutis nemo tibi germanior vnico matris tuæ. Contra ſalutem propriam cogites nihil. Minus dixi contra, præter, dixiſſe debueram.] Hactenus Bernardus nõ minùs diſertè, quàm vtiliter. Hoc prẽeunte monitore, religioſos cuiuſuis ordinis excitabimus, ſiue multiplici negotiorum tractatione, ac diuerſis miſericordiæ operibus proximos iuuent, ſiue concionibus & lectionibus populos inſtruere pergant, ſiue in audiendis pœnitẽtium confeſſionibus occupẽtur. Ex his aliqui interdum ſe ipſos fallũt, dum lucra ſibi ingentia animarum magis fingunt, quã figant Quid ita? quoniam expiſcari ſe multos, abſtergere multos, ſanare ſe multos arbitrantur. Faxit Deus, ne ad ſe aliorum ſordes trahant, ne Ludouico illo Mauro haud diſsimiles reperiãtur. nam cùm in aulẽis ac periſtromatibus,

tum

tum etiã in picturatis areis homine vrbem (quæ Italiam designabat) expurgãte seipsum repræsentaret, sic in eũ Florentinus quispiam iocatus est : Atqui, inquit, videtur mihi Maurus iste totum ad se puluerem trahere. Enimuerò, vt à Confessariis incipiam, archiatros imitari debent, aut minutiores medicos, qui pestilentiâ infectos non adeunt, nisi antidotis muniti. tarantulæ morsus messores segetum incautos ita lancinat, vt ad saltationem noxiam & tripudium minimè lætum inuitos adigat. Tot Paulos esse oporteret, qui dum ligna congerunt ad expellendum frigus, viperæ, inuadentis inquam concupiscentiæ, virus non sentiant. Quãquam nescio qua lucrandi animas cupiditate flagrantes alij, confessiones audire ambiunt, viri alioquin bene imperiti. quos per exomologesim plus nimio bonos ritè vocaueris, dum bonos gignere sine doctrina sufficienti temere aggrediantur. Sic olim memini apud lacum Thrasymenum iuris studiosum, sodalem, qui se aquæ prodi-

trici

trici incautè commiſerat, ad ima ruentem, in altum ſuſtollere, & à præſenti ſubmerſionis diſcrimine eruere ſubiectis illius vētri ceruicib⁹ voluiſſe: verū cùm labaſcente in lubrico gradu viribus voluntas deſtitueretur, & iuuandi cupidus natare nunquam didiciſſet, ſe atque alterum paulò pòſt perdidit ac ſuffocauit. At cum Concionatoribus mihi iam congrediendum eſt. Animæ quippe omnes eſuriunt. vtinam. non culpamus quenquam. monere nemo vetat. Caueant ergo ne verba Iauoleni vſurpare queant, *ex l. 22. ff. de acqui. vel amit. poſſ.* hæc inquam, Interdum eius poſſeſſionem, cuius ipſi non habemus, aliis tradere poſſumus.] Pigeat illis adnumerari, qui calcatis torcularibus ſitiunt, & veluti Noachi operarij arcam extruunt, in qua alij, non ipſi, ſalutem inueniant atque vitam. Cur enim ad virtutum apicem cæteros inflamment, & monte oſtenſo in valle, & interdum quidem valde lutoſa, ipſi iaceant & conquieſcant? An coquis ſimiles ſint, qui diligenter dapes deli-

catiores inſtruant non ſibi ſed Regibus, nidore duntaxat & odore contenti? An verò exercentibus textrinam, qui pannum auro & argento ſummo labore ac induſtria contexunt, ad vſus ſanè cæterorum, nudatis ſæpe lacertis, & atro ac pannoſo vix amictu cõtecti? Cõcionatores iſtiuſmodi D. Gregorius coti cõparauit nouaculas acuenti. ego verò, haud inſulsè puto, humano cerebro. quod quidẽ per deſcẽdẽtes neruos ac muſculos, in cauſa eſt, vt ſingula animi facultates res obiectas ſentiãt atque diſtinguant, cùm ipſum tamen totius ſenſus ſit expers. Verùm ſi nobis verbi Dei pęcones auſcultauerint, haud ſe falli patientur, expendent primùm quàm diligenter, an ſe ad concionandum amore Dei atque fratrum duci ſentiant. Quòd ſi iſthæc ſitis, Dei quidem munere, minimè vitioſa reperta fuerit, latrunculos Syriæ præſertim in nundinis Quadrageſimę cauebũt. tum illam fraudem euitabunt, quæ ad hunc ſe habet modum. Vſus an abuſus? ſanè iam obtinuit, vt regulæ legibus

omnes

omnes ligẽtur, exceptis magiſtris. quippe non decet ex filiis Iuda à Salomone latomum vel lignorum cæſorem conſtitui. ſed caueant ne cùm Imperator athletis coronas decernet, regulæ ſtudioſi omnes præmia capiant exceptis magiſtris. En fraudem. charitas proximi longè præſtantior eſt ieiunio, vigiliis, abſtinentia,& cæteris id genus. ergo charitatis prætextu Concionatores ſibi indulgebunt. & dum commodiorem vitæ rationem relaxatis paulatim regulę habenis conſectantur, aliorum ſe conuerſionem procurare non ſemel dictitabunt, tametſi reipſa virtutum comparandarum vero tyrocinio vale omnino dicant. Nec tam rudis ego ſum, vt virtutem virtuti ſubſtitui negem. & quidem magno cum fœnore. attamen timeo, ne vitio noſtro hæc ſubſtitutio ſit magis militaris, quã pupillaris. Qui legit, intelligat. Diſpenſatio ob leuem cauſam admittenda non eſt, ne religioſę diſciplinę neruus emolleſcat, præſertim circa eos, quos, quando fami cæterorum prouident, virtu-

tibus bene ſaginatos in aciem prodire par fuerit. Reliquum eſt vt eos admoneamus, qui viſitandi, conſulendi ac conſolandi munus obeunt. Dicam breuiter. Pictorem alitibus imponere, eos ficta vuæ ſpecie decipiendo, non vulgare artis ſpecimen fuit. at ipſummet egregij operis authorem fefelliſſe, longè maius extitit. Non ergo mirum eſt, ſi non modò rudibus & imperitis, verùm etiam & oculatioribus ab impoſtoribus antiquis illudatur. Quid ita? quoniam ſpe quadam quæſtus plerumque incerti, religioſi aliquot ſuas precioſiores merces magno diſcrimini obiiciunt. Conſtans, inquies, & caſtus animus eſt, cur igitur cautus non ſit? Nihil in iſta opulentiorum domos frequentandi conſuetudine periculi ſubeſt. Non credo. Nam ſi priſcos illos eremi cultores ad vrbium frequentiam trahere voluiſſes, reſpondiſſent ipſi cum viris Dauid: *Ecce nos hîc in Iudæa conſiſtentes timemus, quantò magis ſi ierimus in Ceilam aduersùm agmina Philiſtinorum?* 1. *Reg.* 23. At omnes reli-

gioſos vis anachoreſim ſequi. Nequaquam.de iis etenim præſens inſtitutus eſt ſermo,qui prædicatione, ſacramentorum miniſtratione,conſilio atque opera in mediis vrbibus & pagis populis manus auxiliares porrigunt. Quapropter quiſquis puriore illo Chriſtianæ dilectionis ſtudio illectus,ſæpe cum laicis verſatur, vt ex ipſis ſpiritale lucrum referat, animaduertat diligenter, ne ob incuriam detrimentorum poſtea negotiationem comperiat. Aliorum tametſi caſtitas in tuto ſit, iacturam facere non expedit. Quid enim ſi beata illa mentis tranquillitas pericliteturꝰquid ſi domum cupiditatibus ac vanis auditionibus infertus redeas? Quid ſi quicquam egeris dixeriſſe imprudenter,quæ diligenter cauiſſe oportuit? Quãquam nec parua temporis iactura cenſenda eſt: fortaſſe enim maiore cum fructu tranſigi potuit. Obedientiæ tamen brauium non adimo.nã ſi fluctus numerare,ſi lignũ aridũ aqua vegetare à ſeniore iuſſus fueris, non eſt, cur operam & laborem deplore-

mus.

mus. Sed aliud eſt exiguum per ſe opus obedientiæ præſidio magnum reddere, aliud ſponte medicis, clariores actiones prætuliſſe. Dicam verè, cùm plerosque religioſos audio, multum temporis in confabulationibus cum laicis conſumere, maximo ſibi ex ea re lucrum promittentes, in mentem mihi veniunt quorundam Principum fodinę, è quibus argentum & aurum ita copiosè effluuntur, vt propterea conſultius iudicetur, ſumptu lucrum ſuperante illas omiſſas facere. Nam quid cauſæ ſit, vt ea bella duces perſequantur, quæ ſterile ſolum & campos ſabuloſos Principis ditioni ſubiiciant? Certè vbi religioſorum ſubuentio fratribus neceſſaria omninò ſit, cogendum concilium non erit, vbi tantum vtilis, noroſiùs lucra expendentur. & piſcationis illius memores, quam Auguſtus improbabat, ſic proximo gratificabimur, vt & noſtræ vtilitati proidè conſulamus.

CAPVT

CAPVT XIII.

Circa Religioſorum doctrinam, ac ſtudij rationem eorundem, quæ vtiliter conſiderabimus.

REligioſum literis excultum leuiter expolire volumus. Decet limatioris vitæ hominem cuncta rimari. literis operam dantes, vel qui antea dederint, probamus (nam inſcitiæ patronos nō facilè feremus). Qualemcunque veri notitiam, & mundi conſortio ſegregatis neceſſariam, aut paulò vberiorem valdè vtilem fore non ambigitur. Doctum monachum non exigit regula, ſed virtutis amantem, quòd ſi virtutis ſtudio ſcientia coniūcta fuerit, nihil diuinius. Præſtat igitur & eos qui vitam cœnobiticam ducūt ſacras callere literas, Patrum commentarios euoluere, ac multa de Theologia myſtica penetraſſe. Hæc enim ſtudia otium fugant, inſcitiam pellunt,

& ad contemplationis aſcenſus viam parant. Quapropter ſapienter admodum decreuit Triden. ſynod. vt lectio ſacra per ſingula monaſteria ab Epiſcopis hac in re Sedis Apoſtolicæ delegatis, inſtitueretur. Nam curioſiora & inſtituto monaſtico parum conſentanea præterire iuuat. Cæteris, quibus populum non vno quidem modo inſtruere, à Deo iuſſum eſt, cunctas diſciplinas capeſſere, quibus ornatus aliquis eruditi nomen mereatur, iure permiſſum eſt: vbique tamen modus eſt adhibendus. Eſt enim & literarum gula laborum creatrix, vt communem literatorum morbum intercutaneum miſſum faciam, à D. Paulo inflationem nuncupatum. Reperias qui ſe ad deuoranda volumina tantùm natos eſſe putent, ſtudij, quã orationis, vel præclaræ cuiuſpiam exercitationis amiciores. Scribit Xenophon Xerxis exercitum immoderato eſu elatarum palmæ, cibi ſuauitate deceptum, κεφαλαργίαν mox laboraſſe. at qui ſine modo ac meta literis vacant, interdum aridi

euadunt, & morbo comitiali corripiuntur. Loquor in myſterio ſed verè. Idcirco licèt quibuſdam, ob munus quod obeunt, plus otij in chartis euoluendis quàm in rebus agendis impendere inſtituti ratio præcipiat, in iſto literario ſtudio curſum nonnunquam remittere oportebit, vt voluntas tantillum cibi diuinioris capiat, ne fortè fame poſt diuturnam inediam pereat: ſic cenodoxię & ſuperbiæ ſcopuli vitabuntur, & liuori nullus erit locus. cùm ſcire, vt nobis, vt cæteris opitulemur, didicerimus. & præclaro labori præclariſſimum ſcopum ſtatuentes, æternam, non fluxam, & volaticam, vt Tertulliani voce vtar, laudum humanarum gloriam conſectabimur. Qui ſquis enim nobiliſſimo ſibi fine propoſito, quíque toti Eccleſię maximè eſt neceſſarius, literis ſtrenuè operam dederit, is, præterquam quòd libidinis aculeos cæteris minùs ſentiet, magnis exantlatis laboribus, quos veritatis inueniędæ cauſa ſubire cogitur, immortalem ſibi coronam comparabit, & idoneus

cæterorum doctor factus, ignorantiæ regnum inuadens, plurimos exemplo, voce,& ſcripto à tenebroſa Ægypti captiuitate erutos in Euangelicam libertatem vindicabit. Teſtis eſt locuples Societas Ieſu, cuius digno præconio amplum volumen non ſufficeret. Hanc enim Deus noſtro ſęculo in Eccleſia ſua excitatam, cunctis diſciplinis impensiùs vacare inſtituit, vt labaſcenti terrarum orbi ſua tum ſapientia, tum morum ſanctimonia opem ferret; & proligatis tot errorum ac hæreſeon monſtris, Catholicæ veritatis aduersùs nouatores & Infideles vindex eſſet acerrima. Quamquam non minus Catholicis iſthæc peritia ad inſtaurandam vitæ diſciplinam, contulit; quàm cæteris: quanta enim commoda, quàm innumeræ vtilitates ex puriore iſto literarum cultu in Chriſtianam rempubliam fluxerint, enarrare ſi voluerim, ies me magis quàm argumentum deciet. Vtiles ergo ac neceſſariæ ſunt regioſis artes ac diſciplinæ, præſertim oncionatoribus & Confeſſariis. Res

clara eſt,& ſeipſam tuetur. Illis tamen impenſiùs vacandum, quæ inſtituti finem propiùs attingunt. de concionatore multa diximus in noſtro exemplari. Ex humanioribus literis ad germanam ſacrorum voluminum intelligentiam captandam non parum vtilitatis depromitur. præſertim ſi linguarum quantulacunque cognitio acceſſerit. Poëtis ſatis iucunda eſt,nec inutilis omnino, quam viri clariſſimi dignitate ac ſanctitate olim coluerunt.Conſules, Imperatores, Epiſcopi, & plerique qui ſanctitatis nomine conſpicui ſunt. Ea ad Dei Sanctorúmque laudes pangendas vti interdum religioſo licebit. Quandoquidem legimus Beatiſſimam Virginem Deiparam cuidam monaſterij præfecto imperaſſe,vt Ioannem Damaſcenum ſuas laudes purioribus modulis prȩcinere ſineret.Dialecticam quiſquis ſcire cupit , callebit optimè. Hæc enim illa mater eſt,quæ veritatem prodit.in quam & illa probè quadrent, Qui interrogant,interrogent in Ahela. Cæterùm inter diſputandum fugien-

tur

tur ſophiſmata, contentiones, æmulationes, ac ſenſim irrepens illud confundendi antagoniſtam paulò audentius & virulentius ſtudium. In voce & geſtu ea adhibebitur moderatio, quam præſcripſit D.Gregorius Nazianzenus. Inſilientem commilitonis bilem non acriore reſponſo irritabimus, quin potiùs eutrapeliæ præſidio leniemus. Bargium Fráciſcanæ familiæ Theologum, alteri, quocum diſceptabat, quíque pronuntiato argumento mox ſubiecit: En pater Bargi argumenti vim; tuæ frontis ſudor teſtatur, te enim vehementer vrget; ſic reſpondiſſe ferunt: Deſudo, inquit, non tam ob robur argumenti, quod facilè ſolui, quàm ob prædurum tuum caput, quod necdum ineam ſolutionem percipere valuit. Paulò iſtud mordacius dicterium circumſtantes omnes in riſum ſoluit. Blandiora mallem, quæ narium halitum tempeſtiuè excutiant. At quoniam vitæ ſpatium perbreue eſt; ex philoſophicis multa decurtanda eſſe cenſerem, & quæ parum vtilitatis ha-

bẽt. At ex aduerſo religioſus cauebit ne quicquã ex ſcitu neceſſariis prætermittat, ne cùm ad ſcholaſticam Theologiã ventum erit, ſalebris hæreat. Theologiæ partitio à nobis in iam citato exẽplari tradita religioſum monebit, vt ſi non omnia, at certè multa & meliora, pro ſui ingenij & memoriæ captu addiſcere conetur. Subtilitati pietatẽ admiſcebit, & Deum non tantùm noſſe, ſed & guſtare etiam, quod omnes Sancti ſolebant, pro virili contendet. Pudeat de Deo, de ſacroſancta Triade benem longas concertationes ſpeculari tantùm, nunquam verò ipſummet Deũ alloqui, admirari, ardenter amare, laudum præconiis celebrare. Pudeat de vitiis atque virtutibus animo perturbato diſſerere. Pudeat arcana diuiniora ob ſolam gloriolam & vulgi thymiama doctè ac diſertè referaſſe. Cæterùm ſiue Theologię, ſiue Canonibus religioſus operam dederit, à communi ſententia ne diſcedat, rerum ac vocum nouitates deuitet. Scientiam vera ac dilucida methodo addiſcat, & tradat. Eius

habi

habitum sibi comparare enixiùs. studeat. Sibi nec superbè nec peruicaciter credat, studium tumultuarium atque vagum omnino caueat. Quæcunque digna compererit, memoriæ tenaciter commendet, notet, & in aduersaria reponat. Auctores quosque videre ne cupiat, nisi selectiores. Dum tempus studendi à regula, vel à præfecto iussum aduenerit, cæteris omissis, totos animi neruos in rem præsentem intendat. Diuinam sæpius opem imploret. Quod nescit, ab aliis interrogare ne cunctetur. Quod ægrè intelligit, ne prætereat, quin magis gradum sistat, nec priusquã nodum emollierit, & prædam sustulerit, vlteriùs progrediatur.

CAPVT XIV.

De paupertate Religiosorum.

INter gemmas pulcherrimas, quibus religiosorum corona rutilat, spontanea paupertas mirum in modum elu-

cet: de cuius laudibus si loqui voluerim, multáque dixerim, nihil tamen tantæ illius celsitudini par dixisse comperiar. quid multis morer? Inopia Christo summopere placuit, & quotquot Christo præ cæteris placuerunt, rerum omnium nuditatem libenter amplexati sunt. In studio paupertatis Ecclesiæ iacta fuerunt fundamenta, quæ non immeritò tam vastæ moli deinde superstructæ præmitti oportuit. At quæcunque per varia secula Deus sodalitia suscitauit, ea studiosiùs ditissimã paupertatem consectari voluit. Quin verò vergente ad occasum mundo ex Sibyllę vaticinio, opum ille primæuus contemptus redibit. sic enim illa cecinit:

Verùm quando Dei prædicta minacia magni
Aduenient, terráſque petet flammata potestas
Inflata exuret Beliar. hominésque superbos
Omnes quotquot ei fuerint per fœdera iuncti,
Tunc autem mundus manibus muliebribus omni
In rerum summa parebit, eisq; regetur.

Cùm verò vidua in totum regnauerit orbem,
Aurúmque, argentúmque hominum, queis vita caduca eſt,
Ferrúmque, aſq; maris ſalſas iactarit in vndas,
Omnia tunc mundi viduata elementa iacebunt,
Cùm Deus æthereus cœlum conuoluet ad inſtar *Libri, &c.*

Porrò ænigma aliter interpretari neminem veto. ad rem noſtram redeo. Religioſus paupertatis amantior, quàm laicus opum cupidior exiſtat, eſſe deberet; nudum cum nudo luctari æquiſſimum eſt, hoc ipſum & priſci quidam Philoſophi exiſtimarunt ad diuinam naturam propiùs accedere, pauciſſimis eſſe contentum. quamobrem ex ipſis multi ſeſe facultatibus expoliarunt. Paupertatis amor Rechabitas beatos fecit, eiſque ſub tabernaculis degentibus tutius domicilium parauit quauis vrbe, vel arce munitiſſima. Itaque quiſquis ad perfectionis brauiũ tendit, omnium rerum onere liber in-

teruentu voti ſolemnis paupertatis, ſeſe curſui, ac pugillatui accingat, nuda planta ſerpentes calcaturus, nudato latere armatior, ac de victoria ſecurior. Non ego nunc de paupertatis gradibus diſceptabo, & an voto illius obſtrictus, ſeſe omni dominio, proprietate, vſufructu, & vſu, quatenus ius quoddam eſt, ſponte priuauerit, ſunt enim hæc, & ſimilia valde nota, tametſi à pleriſque negligantur, quorum Deus venter eſt, & finis interitus. Neque verò & illud ab aliis controuerſum fuſiùs tractabimus, An religioſus cuiuſuis rei dominium voto nuncupato à ſe procul abigeret. clari enim iuris eſt, religioſum retinere penès ſe dominium dotium corporis, & animi: nam ſicuti cæteri omnes, virtutum, ac donorum ſupernaturalium dominus eſt, tum etiam ſapientiæ, atque ſcientiarum, quas didicit. Adhæc honores ac dignitates quædam ſpiritales tanquam proprias abſque voti violatione retinet, iis enim non renunciat iuxta S. Thom. 2.2.q.186.art.7.ad 4. Quamob-

rem

rem Presbyter, Doctor, Abbas, ac Episcopus, absque vlla dispensatione fieri potest: vt id omittam, quod ius eligendi, præsentandi, confirmandi, instituendi, conferendi, excommunicandi, & alia multa perficiendi, quæ Nauarr. *in commentar. 2. de regular.* enumerat, ad iurisdictionem Ecclesiasticam spectantia, obtinere valet. At quisquis status religiosi culmen ob oculos habet, non id tantùm expendit, quod impunè faciat, sed quod magna cum laude, supra iustitiæ metam, sui, suorúmque liberalior cæteris factus aggrediatur. Esto de maiorum suorum facultate vsum peculij, quod facti vocant, retinere queat, mallet cuncta, ac singula communibus vsibus exponere. Fraudem pertimescet, & paupertatis incommoda sentire non detrectabit. Nam qui laborem fingunt in præcepto, interdum falsis prætextibus decepti, laqueis mortis irretiti, extremam sibi perniciem accersunt, quippe propriùm illud quarti modi internoscere parum curant, dumque sibi

Ephoris ſapientiores videri volunt, euaneſcunt in cogitationibus ſuis, & cum ſapientibus Taneos Pharaonis conſiliariis confunduntur. Sunt qui feracem ex concionibus prædam demetentes, ſponſarum thalamos, ac mulierum gynæcia inſtruant, ac Prælatorum more ditiore vtantur ſupellectile, qui aliàs Agathoclis fictilia illotis etiam manibus prehendiſſent. Mitto cætera vanitatis ludicra, quæ acriter reprehendit D. Bernardus in Apologia ad Gulielmum Abbatem Cluniacenſem. Audiant elegantuli quos D. Paulinus religioſos expeteret, & quã bene paupertatis, ac externæ vilitatis amantes; ſic enim ſcribit *epiſtol. 7. ad Seuer.* Has adeant, & reuiſent conſeruuli, & compallidi noſtri, non veſtibus pictis ſuperbi; ſed horrentibus ciliciis humiles, nec chlamyde curta lini, ſed ſagulis palliati: nec balteo, ſed reſte ſuccincti: nec improba atronſi capitis fronte criniti, ſed caſta informitate capillum ad cutem cæſi, & inæqualiter ſemitonſi, & deſtituta fronte præ-

raſi:

rasi: & ornatu pudicitiæ inornati, & decenter inculti sint, & honorabiliter despicabiles, cùm ingenitam quoque speciem corporis pro interiore cultu aspernantes, etiam studio deformantur.] Hæc ille. A me hîc in medium allata, non quidem vt varias sodalitiorum, ac religiosorum regulas in vnum horrentis speciei corpus contrahere velim, & laxiores arctioribus adiungi cupiam, sed vt eos redarguam, qui paupertatem nomine tenus consectantes, nimis interdum molliter viuunt, & nullum vel leue incõmodum ferre valent. Nam religiosus sue alioquin pollicitationis memor parcè edit, vestit, & habitat, ac cuncta superflua amputans, etiam inter necessariorum angustias liber lætúsque versatur. An fortasse cõcionator è messe reuertens, querulo gutture suos alteri non deberi labores obganniet? an suum dictitabit, quod alterius est? an aurea, vel argentea luce ad breue temporis momẽtum perfrui mallet, quàm perenni illo fulgore inter Apostolos enitere? (eum

calamo peto, qui parta ſibi vt propria vendicat,& peculiolo,ac ſarcinula fauces ſibi præfocari vult)an à fœdere ſemel percuſſo temerè recedet,vt paucorũ dominus nõ iure,crudeliſſimi hoſtis tyrãnidi ſubiiciatur?ô inſaniã! Sed eſto viam iſte excogitet(faxit Deus ne lubricam,& cœnoſam)quà ſe tutò incedere pleriſque perſuadeat,quorſum cucullæ, vel pallio inſignitus, an verò dixerim armatus,metũ diabolo incuſſit,& cùm feram minaretur, vnà cum illo emotæ mentis Imperatore in arenariam alitè immittit?Eſto nõ lethali ictu ab aduerſario feriatur,cur gloriæ ſuę metas prę-finiat,& non magis contendat,vt dum paupertatis ampliſsimæ ſtudioſior ſit, illum acerbiſſimè diſcruciet? Verùm, Calderino authore,priuatas monaſterij portiones,aut annuum quidpiã ad propria commoda adminiſtrare maiorum permiſſu monacho licet. non nego. at enim in ſacris ſodalitiis Platonis, ſeu Gracchorum rempublicã ego malim, quàm priuatam ſatagentium induſtriã. Nauarri etenim rationes, quæ laxiori

pau-

paupertatis obſeruationi ſuffragantur, fortaſſe ad valuas illius tẽpli portæ, quę in Actis Apoſtolorũ Specioſa nũcupata eſt, ad quam ſtipẽ claudus ille beatus corradebat, affixę ſunt. Non ſum ego in quenquam contumelioſus, nec eos ſtatim cõdemno, qui paupertatis voto emiſſo, diplomata Pontificia procurant, ac plenã reddituum diſpenſationem de Superiorum facultate ratam ad vitæ commodioris greſſus molliendos vſurpant. Iudex nec ſum, nec eſſe volo. E turri, quæ reſpicit contra Damaſcum, clamo; incautos moneo, ne in hoſtium inſidias incidant. Quamobrem omnes ſacris ſodalitiis addictos rogo, & obſecro, vt quoniam ſemel ſeſe nobiliſſimę paupertatis alumnos profeſſi ſunt, in eius conſuetudine vſque ad extremum ſpiritum permaneant, & montes illos aureos æternitatis non commentitios ob oculos ſæpe habeant. Quin verò & id vlteriùs moliantur, vt omni rerum humanarum cupiditate amputata, quancunque auaritiæ ſuſpicionem diligentiſsimè fugiant, pœnas

longè

longè grauiſſimas daturi, ſi longè quid diuerſum præſtiterint, ab eo, quod ritu ſolemni promiſerunt.

CAPVT XV.

Tuendæ caſtitatis ſtudium in Religioſo quàm diligentiſſimum eſſe debet.

CVra caſtitatis impenſior à religioſo depoſcitur. quid enim Deus maximè exigat, quàm vt templum incontaminatum à ſordibus conſeruetur? Iure caſtitas apud D. Paulum ſanctitatis nomine deſignatur, cuius ornatu is fulgor emanat, qui mortales Angelis pares efficiat. Quã Deo putamus chara ſit illa virtus, quam vel ipſæ rationis expertes animãtes venerantur? Mentior, ſi non & apes impurum hominem dignoſcunt, & aculeo diriore lancinant. Meritò libidinoſus impetitur, qui ſeſe ob turpem

voluptatem ipſa ferè ratione viduauit. Sed quid multis laudatiſſimam virtutem commendem, quę oleas feraciores ſuo contactu reddit, mentes verò pretioſioribus donis locupletat? Serenda itaque virtus vbique eſt, at in religioſorum clauſtris diligentiùs; neque enim in ſegregatorum conſortio hircoſus libidinis odor ferendus eſt, nec tenuis vel vmbra impudicitiæ Sanctorum ſocietatem obſcurare permittetur. Chriſtum imitemur, qui in ſuo Diſcipulorum contubernio cæterorum quidem vitiorum notas oboriri, vt delerentur, ſiuit, libidinis nigrorem nuſquam prodire paſſus eſt. quamobrem Apoſtolorum æmulationem, contentionẽ, imprudentiam, & incredulitatem legis; impudicitiam non legis. Sedenim caſtitatis elogium multiplex ex Patribus contexere poſſemus, tametſi neceſſarium modò non putemus; ad Beatum Ephremum lectorem amando, vbi illius clariſsimis laudibus applaudit. Quanquam non negauerim parandæ continentiæ ſtudium, eius animo at-

ten

tentissimo præcellentiam crebrò expensam mirum in modum inflammare. Post hæc summo labore opus est, & cautione ad voluptatem expugnádam: pax enim & libertas, ait Clemens Alexandrinus *l.2. Stromaton*, non aliter accedit, quàm per perpetuam, & indefatigabilem aduersùs animi nostri motus repugnantiam, sunt enim hi aduersarij crassi, & olympici, & vespis, vt vno ore dicam, acriores; & maximè voluptas, quæ non solùm interdiu, sed etiã noctu in ipsis insomniis, nos cum præstigiis inescando, insidiatur, & mordet. & verò, ait idem, vt dicebat Aristo ad totum terrachordon, voluptatem, inquam, & dolorem, & metum, & cupiditatem exercitatione magna, & pugna opus est.

Hi namque, vel per interiora viscera
Vsque meant, hominũq; cerda exagitãt.

Eos enim, qui magni, & excelsi animi existimantur, voluptas cerdos facit, ex sententia Platonis. Cæterùm prima victoriæ spes hinc pendet, vt religiosus voluptatis potentiam & noscat, & metuat.

tuat. Quos dolor non deiicit, voluptas plerunque deiecit. exemplis res comperta est. Illustre vnicum affero ex illis Episcopis, qui præcisa ab impio Hunnerico lingua, nihilominus expeditè loquebantur, duo in turpem concubitum lapsi diuinum munus amiserunt, teste Procopio *l. 2. de bello Vvandali.* tametsi vnius tantùm meminerit D. Gregorius Papa *l. 2. Dialogi c. 32.* quos refert doctissimus Cardinalis Baron. *Tomo Annalium 6. fol.* 412. Videmus ergo viros sacros pœnæ atrocitate nequaquã adduci potuisse, vt fidem proderent, voluptatis blanditiis delinitos carnis tyrannidi succubuisse. Quamobrem constanter dixerim, æquè validis arietibus Christianorum pectora, nostra hac tempestate ab hostibus pulsari, atque olim cùm in Orthodoxos Imperatorum rabies desæuiret. Constanter itaque voluptatis illecebris obsistendum: nam qui remisso robore oblectatus fuerit, à tactus delectationibus, quę omnium sunt acriores, vt D. Thomas ostendit 1. 2. *q.* 31. *ar.* 6. violenta primũ

impreſsione trahetur, & dignitatis ſuæ ſede deturbatus in cœnoſam foueam proiicietur. Quiſquis ſegniore conatu prepotenti libidinis turbini aduerſatur, is iure dixerit, quæ de ſe ipſo præ humilitate B. Eſaias abbas dicebat *in apophtheg.* Video, inquit, me aliquãdo tanquam equum ſine rectore oberrantem, quem qui inuenit, inſidet ei, ac rurſus dimiſſum ab illo alius apprehendit, atque conſcendit; aliàs autem, ſimilis ſum homini quem inimicî comprehenſum, ac vinctum in cœni lacum coniecerunt, qui ſi clamauerit ad dominum ſuum, verberatur ab eis, vt taceat.] Voluptas igitur, vt altera Iezabel ſtibio oblita, & purpuriſſo occurrens, religioſum, vt alterum Iehu, iuſta ſeueritate pollentem comperiat, quo mox è feneſtra præcipitari iubeatur. Vide ait ad fratrem B. Ephrẽ, ne te facilem, ac leuem cupiditates inueniant, ne mox negligentiam tuam dolor occupet, aſſueſcáſque tum peccare, tum reſipiſcere, ab initio potiùs grauis, ac ſeuerus eſto aduersùs

omnem

omnem cupiditatis titillationem. Præclarè sanè monet primos lapsus diligẽter cauendos esse, & carnis petulantiam, quæ more Agar aduersùs dominam suam insolescit, celeri seueritate coërcendam esse. Religiosus, qui semel in turpẽ cogitatũ lapsus fuerit, aut fœda luxuriæ contagione sese polluerit, vix est, vt principẽ animi partẽ in pristinã sedẽ reponi, è qua deiecta est, videat aliquando. Fatuus ille Rex Babylonis Semiramidi vxori importunè postulãti, vt saltẽ semel sibi è Regio solio publicè ius dicere & populo imperare permitteret, postulatũ negare debuit, nam cùm eius voto annuisset, mulierque suscepto mox imperio insolentior facta, per multa, ac varia adstanti multitudini præcepisset, ei tandem virum inertissimum colligare funibus, & in carcerem detrudere audacissimè imperauit. Sic planè voluptas regnum in homine affectans, ne ab importunis flagitatibus seuera animaduersione deterrita fuerit, vbi flauescente, aut per socordiam indulgente animo primam

ſedem conſcenderit, ipſummet animum duriſſimis vinculis cõſtringet, & ſpiritum corporis mancipem mox efficiet. Bene ergo Nilus Abbas admonet *in l. Aſcetico*: Noſtrum verò ſtudium in eo vigere debet, vt primum voluptatis impetũ repellamus, quo quidẽ confracto, vis actionis eſt imbecilla]Et in eodem tractatu, hæc in eandem ſententiã ſcribit: Magnus item Iob de rebus ſuis diſſerens tale quidpiam innuit, cùm in humore virere ſcirpum dicit, & creſcere carectum in aqua, eaque deficiente herbam omnem areſcere.] Et illud: Mermicole, ſeu formicole interiit, quia pabulum non habet, videtur aliquid eiuſmodi ſignificare. Cùm enim cupiditatum, & vitiorum inſidias indicare vellet magnus Iob, ex audaciſſimo leone, & animalium omnium abiectiſſima formica vocabulum compoſuit. Nam impetus cupiditatum ab abiectiſsimis cogitationibus incipiũt, & formicarum more ſenſim repunt: paulatim autem in eam creſcunt magnitudinem, vt cuilibet non minùs

quàm

quàm leones terrorem atque periculum afferant. Quamobrem oportet, vt ſtrenuus pugil tũc contra cupiditatem luctetur, cùm accedens veluti formica vilem eſcam ſuggerit: nam ſi leonis magnitudinem, & robur aſſecuta adoriatur, maxima cum difficultate ſuperabitur.] hactenus Nilus. Quis ergo neget ſummo labore incorruptum corporis ſtatum comparandum fore? Quis eum caſtum futurum aliquando ſperet, qui ne digitum quidem aduersùs Sphingem Lybicum aut lamiam tollit? Videamus quorſum labor iſte progrediatur. Ardenti precum ſtudio continentię munus à Deo impetrandum eſt, ſine cuius ope, fruſtra quiuis ad bratium pudicitiæ curtat. Memini Methodium Patriarcham Conſtantinopolitanum quadraginta diebus ad ſepulchrum Principum Apoſtolorum continuò Deum oraſſe, ſe vt diro luxuriæ ſpiritu, à quo, tametſi prouectæ ætatis vir, vexabatur, clementer liberaret. Is verò cùm & Apoſtolos interceſſores adhibuiſſet, per quietem D.

Petrum

Petrum vidit,à quo virilia quidem magno cum ipſorum cruciatu, & tangi, & ſancta imbui caſtitate ſenſit, adeò vt reliquo vitæ ſuæ tempore ne leuem quidem carnis motum vnquam pateretur. Docuit iſte dolor caſtitatem non ſine magna ſibi illata vi parari poſſe, & propterea tam multos fœdari, quoniam cœleſtem munditiem non tanti pendunt, atque par eſt. Docuit & corpus durè tractandum eſſe, ne inſoleſcat, nimirum cibi, potuſque parcitate, vigiliis, cilicio, & tempeſtiua flagellatione. Laborioſa & illa cautio neceſſaria eſt, ſenſuum fores impuris rerum obiectarum ſpectris citò occludere: ſuſpecta, ac lubrica conſortia fugere: mulierum familiaritatem auerſari: quancunque verborum, obtutuum, odorum, veſtium, riſus, & ioci mollitiem procul pellere. tanti vænit candidiſſimum margaritum. Cur precij caritatem religioſus cauſetur, qui multos nouerit caſtitatẽ proprio fuſo ſanguine coëmiſſe? Malebant Chriſtiani, ait Tert. ad leonem, quàm ad lenonẽ mitti.

clariſſima legis virginō inuenta, quibus pudorem, ne iam iam violaretur, ſcitiſſimè redemerunt; legis, inquam, & admiraris, & non ſequeris? da tu & aliquid. & quidem multos commemorare poſſemus, qui duriſſima vitæ ratione inita caſtitatem ſibi comparare nixi ſunt. Mitto σεμνὰς, quorum meminit Clemens Alexandri. *l. 3. Strom.* mitto cæteros quos Hieronymus aduersùs Iouinianum laudat. Certè Phariſæorum tyrocinium omnem ſuperat admirationem, qui tamen ſolius gloriolæ humanæ quæſtu ducti, tantum laboris, & oneris ſubibant. de quibus hæc S. Epipha. *lib. 1. Panar. cap. 16.* ſcripſit: Quidam ipſorum, cùm ſe exercerent, præſcribebant decennium, aut octennium, aut quadriennium virginitatis, & continentiæ; & frequentiùs orantes, crebrius certamen agrediebantur, vt ne quid eis corporaliter videlicet accideret, aut clandeſtinè per ſomnia triſtis capitis defluxio contingeret: & alij ex ipſis aſſeres ſibi ipſis parabant dodrantis tantùm latitudine

tudine, & in his se ad vesperam locabant, vt si quis dormisset, in pauimentum decideret, & rursum excitaretur ad orationem : alij lapillos (verba autoris coërceo) ex aquis collectos sibi ipsis sternebant : alij spinas pro strato habebant, ne in profundum somnum deferrentur.]hactenus ille. Non mirum itaque videatur, si ex nostris, qui sanctitatis clariore luce fulserunt, non pauci ardua quædam, & extra vsitatam legem posita remedia, castitatis parandæ, conseruandæque causa adhibuerunt : & alij prunis, vel flammis, alij spinarum vulneribus, ac ferri ictibus : nonnulli admotis serpentibus: quidam ingenti niuium, glacierumque frigore : alij inedia diuturniore importunissimam belluam quàm procul amandarunt; vt valdè effœminati iudicandi sint, qui citra vllum incómodum hostem crudelissimum debellare sé posse existimant. Cæterùm religioso sex illi gradus ab Abbate Cheremone apud Cassianum *coll.* 12. *c.* 7. explicati iugiter ob oculos versabuntur, &

præ

præclariſſimo ſibi virtutis exemplo propoſito Chriſtum Ducem ſequatur, qui in Euangelio ſecundùm Ægyptios, ex Clemẽtis Alexandr. relatu *l. 3. Strom.* dixiſſe fertur: Veni ad diſſoluendum opera fœminæ: fœminæ quidem, cupiditatis: opera autem, generationem, & interitũ. Cuius ænigmatis explanatio non ſolùm apud ipſum Clementem, ſed & in temperantium ſinu, haud obſcurè percipimus. Concludam cum Abbate iam dicto *cap.* 4. Tanto autem erga acquiſitionem caſtimoniæ deſiderio, atque amore flammemur, quanto quis pecuniarum cupidiſsimus appetitor, vel qui ſumma honorum ambitione diſtenditur; vel qui intolerabili pulchræ mulieris amore captatur, deſiderium ſuum impatientiſsimo ardore optat expleri: & ita fiet, vt dum pro integritatis perpetuitate inſatiabili cupiditate ſuccendimur, deſiderabilis deſpiciatur cibus; neceſſarius horreat potus: ſomnus denique ipſi naturæ debitus reſpuatur: vel certè vt deceptor fraudulentiſsimus puritatis, &

æmulus, atque contrarius caſtitati, attonita, atque ſuſpecta mente capiatur; & ita vnuſquiſque quotidie integritatis ſuæ matutinus explorator effectus, de collata ſibi purificatione congaudeat, eamque ſe non ſuo ſtudio, nec vigilantia, ſed protectione Domini ſentiat conſecutum, ac tandiu illius perſeuerantiam ſuo corpori intelligat cohæſuram, quandiu eam Dominus ſua fuerit miſeratione largitus.

CAPVT XVI.

De Religioſorum obedientia.

DIuus Thomas, qui omnium diligentiſsimè de virtutibus, ac vitiis diſputauit, obedientiæ locum præſtantiſsimum conſtituiſſe videtur, nam licèt *in* 2. 2. variè de hac re loqui videatur, adeò vt *q.* 30. miſericordiam cunctis virtutibus præferat, quibus aliquis erga proximum rectè afficitur

q. 123. primum locum post iustitiam tribuat fortitudini, quoniam bonum rationis contra mortis pericula conseruat. q. 81. religionem cunctis virtutibus moralibus, quòd propiùs ad Deum mortales accedere doceat præponat. q. 161. humilitatem post vnam iustitiam cæteris esse potiorem arbitretur. q. 104. obedientiam reliquis virtutibus moralibus superiorem statuit, ob hanc nimirum rationem, quòd maius bonum propter Deum contemnit, propriæ scilicet voluntatis arbitrium. Itaque obedientiæ maxima earum virtutum existit, quæ in rerum humanarum contemptu, ac repudiatione consistunt (nam quo pacto S. Thomas sibi constet, & ab omni pugnantia sit liber, dispicere non est huius loci, cùm Caiet. optimè id explicuerit) idcirco Christus eos quærebat, qui non suis se tantùm abdicarent, sed & se ipsos abnegarent. Quippe omnium victimarum gratissima est voluntatis propriæ cædes, de ratione etenim perfecti sacrificij est, vt res in honorem Dei

oblata perçat, & consumatur. Quando ergo maximum opus est, quo quis viuere propter Deum desinit, nemo ambigit, & illud laudis esse præcipuè, quo homo sibimet rationis, & electionis vsu adempto, homo quodammodo esse desinit, & inaudita quadam metamorphosi vt iumentum efficitur, alterius nutu suas tum appetitiones, tum actiones exerens. Quid enim ipsa humana libertate vitalius, per quam, Bernardo teste, diuinæ immortalitatis imaginem ad viuum referimus? Hinc est fortassis, ait, quòd solum liberum arbitrium sui omnino defectum, seu diminutionem non patitur. quàm ergo glorioſum est sine sanguine sæpius mori, & diuinitatis participatione libenter spoliari, vt ad Deum propiùs accedas? Vide quid Deus ab homine statim postularit, vt maximum munus offerret per obedientiam, ab esu ligni vetiti abstinèndo: & fortasse diaboli scelus contra specialem iussionem, nobis licèt occultam perpetratum extremam illi perniciem attulit. nam Chry-

sosto

ſoſtomi quoque ſententia eſt, illi à Deo quidpiam imperatum fuiſſe. quicquid ſit, eximia eſt virtutis obedientiæ exercitatio; præſertim cùm dura, ac prima ſpecie valdè abſurda præcipiantur. perfecta enim obedientia vtranque animi facultatem, intelligendi nimirum, & appetendi, ſub idem tempus, veluti compede, colligat, vt cæteræ inferiores ad iuſſa implenda gradu celeriore ferantur. cernas ipſiſmet oculis in ampliſsimo ſacrarum literarum campo pleroſque Deo non priùs fuiſſe probatos, quàm egregiæ cuiuſdam obedientiæ ſpecimen dediſſent. & vt Abraham miſſum faciam, cui valde dura Deus ſæpe imperauit, Iſaac cædem, Agar, & Iſmaëlis expulſionem: vt Moyſem præteream, ad Ioſue ſummum Imperatorem veniam, cui cùm Deus in expugnatione ciuitatis Hai, clypeum extenſo in ſublime clypeo tantiſper ſuſpenſum tenere, dum hoſtium cædes finiretur, præcepiſſet, is promptè, & alacriter paruit, nec cauſam rogauit, cur duci, quem in-

ſtruere, dirigeréque aciem oportebat, id munus demandaſſet. Iſraëlitico populo, cui pridem cuiuſuis goneis ſculptile prohibuerat, ſerpentis ænei fuſionem,& cultum poſtea præcepit, vt obedientiæ tributum ab eo exigeret. Saülem cuncta ferro perdere, ipſúmque Amalecitarum regem confodere, vti illi fuerat imperatum, ob inobedientiæ ſcelus,regia dignitate priuauit. Achab, qui pietatis prætenſæ Benadad Syriæ regi, exDei iuſſu occidendo, vitam indulſerat, & acriter Deus vltus eſt:tum & illum Prophetam,qui alterum Prophetam vulnerare, cũ id Deus imperaſſet,cunctatus eſt, morte ſublatum legimus. quàm verò multa poſterioribus vatibus iuſſa legimus, quibus tum ratio, tum naturalis appetitio acriter obluctabantur? Iſaias diſcalceatus,ac nudus coram populo, Deo ſic iubente, promptè inceſſit: Ieremias vincula, & catenas collo geſtauit, eáſque ad varios reges alienigenas miſit: bis volumen diuinarum comminationum dictauit, aç coram Rege Ioacim

legi curauit, tametsi ab eo acerbissima quæque timeri possent. quid ita? quoniam sic Deus iusserat: Ezechiel capillos radere: eosque partim comburere, partim concidere, partim in aëra dispersos nudato gladio insectari: coram Israëlitis murum perfodere, velare faciem, gestari humeris, in caligine efferri: panem in conturbatione comedere: aquam festinanter bibere, quin verò & antea panem ex frugibus variis, & leguminibus commixtum humano stercore operire, toto spectante populo, iussus est. Annon dura hæc omnia, & alia id genus, quæ sacræ literæ à sanctis viris incomparabili alacritate adimpleta fuisse commemorant? Nimirum obedientiæ victimæ Deo odor gratissimus est. tametsi in ea paranda ingentes sumptus facere oporteat, & propterea à Sanctis exacta fuit. Pudeat igitur religiosos virtutis clarissimæ vmbratili specie duntaxat esse contentos; se ipsos ita gerant, vt rem non vocem nudam teneant. Delectat grauia ob illius amorem subire onera, quæ nihil

graue ſentit, nihil experitur arduum, nihil vulgare tentat. Quid te morigerum putas, cui nunquam, vel rarò ſenior tuus quicquam imperat? Virtutis laude non cares, ſi parato es animo cuncta implere mandata, attamen mandandum tibi aliquid eſt, vt id tandem præſtes, quod voto promittis. nondum plenus victor es, qui deuictis cæteris, te ipſum nondum ſuperaſti. grandis adhuc tibi arx expugnanda reſtat; immanis ferè dixerim bellua confodienda eſt; libertas inquam, tametſi vinculo conſtricta furere nequaquam videatur. Reminiſcere Iabe inclytum præ fratribus in libris Paralipomenon cẽſeri, & id nomen ſortitum eſſe, quoniam in dolore magno partus eſt, adiutus tamen dilatare terminos ſtuduit. tu prę laicis illuſtris vocaberis, ſi ditionem tuam dilatare conatus fueris, & dominatus faſtidiens anguſtias, imperium ampliſsimũ obtinere feſtines. te ipſum ergo pleno iure poſsideas idque perficies, te ipſum Deo ſi ſæpius non ſemel tradideris, quid enim tam tuum, quàm

Dei eſt:te Deo trade,& te habebis, nã te ſi retines,tuus non eris: at obedientia magiſtra,dum te teipſo ſpolias ſæpius,ſæpius te Deo dedicas in tuto collocans,quod propria tibi fortè voluntas præripiat. hac ergo fœlicitate iam fruere,vt Deus non tantùm velit te,ſed velit in te,id quod accidit, dum tu non vis,ſed alterius arbitrio,tibi planè mortuus viuis meliore nota. Non pudeat tantillo tempore pupilli vitam ducere, ſub actoribus, ac tutoribus, ſic enim meliorem, non deteriorem tuam conditionem efficies.libertatem vas quidē pulcherrimum, & fragile, tamen alterius cuſtodiæ committi, ſenioris, inquam,vt illud integrum,ac omni lapide pretioſo ornatum tibi ex hac vita iam iam diſceſſuro prouidè reddat.Recordare te ſæpius à te ipſo circumuentum plumbeos nummos pro argenteis accepiſſe;alteri ergo oculatiori talenti tui negotiationem ſecurus permitte,& lucra certa capies,ac ingentia.Abſit vt aliter ſentias,& exequare, quàm tuus vel ſentiat,vel imperet præceptor.Sine

ratiocinatione intelligunt Angeli, tu terrestris Angelus efficieris, si absque discursu, senioris iussa impleueris: socios Iehu imitare, qui simul atque illa Prophetæ verba audierunt, 4. *Reg.* 9. *Hæc dixit Dominus, vnxi te regem super Israël,* illum tametsi parem positis palliis, ac in modum solij adunatis, confertim Regem declarauerũt. Fac Christum inter nos versari, vt olim apud Iudæos familiariter versabatur, an illius audito imperio cunctareris? an causam rogares, cur ita præciperet? tametsi te ipsum è rupe dare præcipitem iuberet, aut arduum aliquod opus, vires humanas excedẽs, aggredi imperaret. Eius sanè speciem senior præfert, eiusmodi protostasiam à te capiens, qui ad perfectionis culmen festinas ascendere. Si iubet senior, imperat Deus, præcipienti Deo, quis hominum non celerrimè pareat? At fortasse quorundam religiosorum status reprehendendus est, qui licèt maiorum suorum iussibus, ac postulatis specietenus respondeant, interiore verbo saltem obmurmurant,

clan

claudendum & istud est, è quo sanè plusquàm Ægyptiæ, ac vlulæ Babylonicę prodeunt: alij ob innatam quandam duritiem seniores deterrent, adeò vt illis nequidquam imperare audeant, quippe rebellem, ac resilientem naturam si vellent inflectere, perinde esset ac statuis tributa indicere: alij testudineo gradu iussibus parent, illius dicti immemores, Vidisti hominem velocem, coram regibus stabit. Ad istos omnes confundendos ex Palladio, Cassiano, Dorotheo, & aliis id genus grauissimis autoribus altissimæ obedientiæ exempla afferri possent, quæ signis consequutis mirum in modum coruscant: at breuitatis studio impedior. Obedientiæ gradus à Iustiniano Camaldulensi explicatos in mentem hîc reuocare non vacat. Christum itaque obedientissimum religiosus ob oculos habeat, qui vt Patri morem gereret, durissima, ac probrosissima pertulit. Christum etenim à Patre mortem oppetere iussum, receptior sententia tradit.

CAPVT XVII.

De ſuiipſius abnegatione, pœnarum amore, mortificationis ſtudio, & cruce ferenda.

AGè, iam reliqua perſequamur. religioſo bene comptam ſponſam coniungamus, ſcilicet Chriſti Crucem, quam ipſe tantopere amauit, voluit, & appetiit, adeò vt in eius ſinu è vita deceſſerit. Quid miramini Sampſonem tam vehementi amore dilexiſſe Dalilam, à qua tot probris, & incommodis affectus eſt? At ab omnibus repudiatam mulierem ſibi deſpondere horret animus, haud tamen iſtud verum eſt. nemo enim Deo charus vnquam extitit, qui Crucem impenſiùs non amauerit. Quanquam ad iſtiuſmodi nuptias ambiendas ſatis excitet, cogitaſſe Crucem à Deo vnicè dilectam fuiſſe. Is Chriſtum ſequitur, ſummoque honore afficit, qui eius geſtat inſignia, qui multa,

eaque

eaque grauia constanter patitur, sicut ille pro nobis perpessus est. Religiosos Crucis amantes sic Ignatius alloquerétur,& quidem blandè. Glorifico Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi, qui per se ipsum vos tantùm illuminauit. agnouit enim vos perfectos esse in fide immobili, tanquam clauis affixos Cruci Domini nostri Iesu Christi carne,& spiritu,& cõfirmatos in charitate in sanguine Christi. Ergo à cruce nunquam discedendum est. vix vlla statio tuta sit, vbi crux erecta non est. sed parum dixi. vbi Crux, ibi fœlicitatis pignus: quid plura? ibi Christus. qui Crucem respuit, Christum abiicit. & quidem si verum est, vti est verissimum, nobiscum in terris versari Emanuelem nostrum, nusquam à cruce dissociatus ille visitur. idcirco aiebat Paulus *Corinth. 2 c. 4. Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Salutare Crucis signum, quod & apud Ægyptios religionis tessera fuit, religiosis vtris peculiaris ob syderis vim

præ

præpotentiorem, quam ſignificabat, cùm illud ſub meridiano conſtitutum radios vtrinque diffundit, vt Chriſtianæ profeſsionis homini pulcherrimũ eſt ornamentum, ita & illius pondus, tametſi corpus ac fæcem ad ima demergat, mentem in altum ſuſtollit. Ferenda itaque crux eſt, quandoquidem nos & ipſa fert; & coram Deo viros perfectos, Chriſti germanos ſimillimos ſiſtit, tota applaudente cæleſti curia. Friget amor ſine cruce, vt palmes ſine falce areſcit, & dolore vt niue fruges virtutes fouentur, & creſcunt. Sponſam in Canticis, quæ ſe præ amoris vi languere aiebat, lubens audiò, tam multa ſui amoris in Sponſum argumenta prodit, vt meritò apud omnes fidem comperiat. at cùm ſe eius cauſa pallium amiſiſſe, à vigilibus vulneribus petitam fuiſſe commemorat, nec tamen dolet, niſi quia Sponſum diu, ac diligenter quæſitum non inueniebat, cogor clamare, Amat, nec fingit, quæ dilecti cauſa dura fortiter præfert. Vna eſt autem, ait Clemens Alexandr. *l. 7. Strom.*

ab hominibus præcipua gratiæ relatio, ea facere, quæ Deo sunt optima. Quid ergo optimum, nisi Deo inter angustias, & cruciatus gratias agere, ingentisque beneficij loco habere, quod quis pro eius nomine patiatur? Hac instructus doctrina religiosus in virtutis itinere sic progrediatur, vt nullum vnquam causari obicem iure valeat, quàm propriæ voluntatis cunctationem. Nunquam se miserum, tametsi variis multiplicibúsque ærumnis conflictetur, reputabit. quid enim vulgus sequatur, qui inter deos cooptatus est? Quàm magnum prodigium per medios tribulationũ vortices sicco vestigio discurrere, & immotis oculis cernere, cæde impauido, ac infracto pectore recrudescentis angustiæ ictus excipere? Sei gitur ita religiosus temperet, vt pacato animo acerbiora quæque toleret, alioquin sæpe in sodalitij sui palæstra luctaturus, in lubrico impatientiæ solo facilè deiicietur. cùm absynthium haurire, ipsa tum hominis conditio,

tum religioſorum ſocietas nō rarò cō-pellet. Pauo immunda pleraque roſtro capit, & ſordida; nihilominus miro caudæ ſplendore collucet ac ſyrmate, & reliquo toto corpore ſpecioſus intuētiū ad ſe oculos cōuertit. ſtomachi, inquies, calore abiecta quæque, & vilia ad ſui decorem, & ornatum trāſfert, dum decoquens partem in latentem ſubſtantiam, partem in pretioſum tranſmutat amictum. Haud diſſimili modo crediderim, religioſus charitatis ardore aſpera omnia ac iniucunda decoxerit ex quibuſlibet aduerſis, quæ illi obuiam facta fuerint, & virtus deuoranda ſuadet, incrementum capiens, pariter & honorem. Idem certè Chriſti patientiæ æmulus, imperia duriora, calumnias, probra, contumelias, ac multiplices moleſtias æquo animo tulerit, ſeniorum iuſsis, tametſi prima ſpecie abſurda viſa fuerint, alacriter obtemperans, perſecutiones, ſi quas in eum damonis aſtu excitari contigerit, fortiter perferens. Nequetamen is vitam miſeram tradu-

cere

cere censendus est. nam vir iustus, vt ait D. Ambrosius *lib. 3. de interpell. c. 2.* gratulatur hîc se contexi, vt in futurum consolationem inuenire possit, sciens quoniam qui bona receperit in hac vita, habet mercedem suam; futura præmia sperare non poterit, qui non luctatus, non exercitatus sit diuersorum certamine præliorum. Pulcherrima sunt, quæ M. Antoni. Imperator *l. 7. de vita sua.* ipsis etiam Deo dicatis hominibus, tametsi ethnicus, dictasse videtur. In maxima, inquit, voluptate licet viuere, tutum ab omni vi, vtcunque omnes quæ volunt, contra nos clamitent: etiam si corporeæ huius molis membra à feris lanientur. quid enim obstat quominus interim mens se ipsam conseruet in tranquillitate, veróque de rebus præsentibus iudicio, & vsu eorum, quæ sunt præ manibus, expedito? ita quidem, vt iudicium rei subiectæ dicat. sanè tu natura tua hoc es, & si aliud videris, vtque vsus dicat rei oblatæ, ego te quærebam: semper enim id quod adest materia mihi est

exer

exercendæ virtutis rationalis, & ciuilis, omninóque virtutis humanæ, aut diuinæ. Omne enim id, quòd accidit, Deo eſt, aut homini familiare, neque nouum, neque intractabile, ſed conſuetum, & tractabile.] ſic Antoninus. Cuius præceptiones, religioſo cordi eſſe debent, vt qui iis plantis ſimilior futurus ſit, quæ in ſyluis, ac montium verticibus ortæ vel conſitæ crebriore ventorum impetu agitatæ, grandinis ac procellarum fragore perterritæ, immotæ perſiſtunt, & niſu ſolidiore cælum rectà petunt, diuturniorem, vtilioremque materiam ſtructuris ſuppeditaturæ, quàm quæ in vallibus poſitæ ab externa vi minùs validè, ac perrarò oppugnantur.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Humilitati, ac Christianæ animi demissioni, quemadmodum virum Deo dicatum studere oporteat.

DIximus iampridem, non eum nobis scopum propositum esse, vt de virtutis forma specifica disputemus, sed rudiorem hoc in libro docendi rationem sequuti malumus multiplices humanarum actionum, siue maculas, siue pulchritudines ob oculos ponere. Itaque humilitatem laudādam suscipimus, quæ inter cætera id magnum habet, vt virtutum reliquarum sit custos. Tutò thesauros in profundū defodias, qui sanè locus humilitatis est. Et quidē non tua dumtaxat, sed & te ipsum securiùs ibidem seruaueris, præsertim si latrunculi Assyrij huc & illuc prædas acturi, discurrent. An ignoras Hebræos olim Philistæorum gladios, & com-

pedes

pedes effugisse, cùm sese intra saxa, specus, & cauernas abdidissent? 1. *Reg.* 13. Quòd si parum putas, te ipsum à cæde, & grassantium hostium feritate illæsum seruasse, ni & in illos, ipsorum vim, furoréque retorqueas. Habes in eadem Regum historia, 1. *Reg.* 14. Ionatham manibus, ac pedibus reptantem, magna plaga Philistæorum cuneos affeciſſe. non dubium quin humilis, ac demissè de se ipso sentientis typum, vt hinc intelligas humilitatis ingentes esse quæstus, ingentes & esse victorias. ergo tanta in re modica vis reperitur? quanquam magnum quidpiã existat necesse est, quod efficiat, tu tibi vt modicus videare. & verò, si verum est, circa centrum vniuersam cœlorum molem motu celerrimo agitari, miraberis, non modò super nihilo terram, sed & vastissimos orbes inniti. Quid illo minus reperiatur, quod est minimum? an non minimum, cuius pars nulla? eiusmodi centrum orbis terrarum est, quod tamen totius vniuersi est basis. non igitur fallor, si sui exina-

nitio

nitionem cunctarum virtutum molem altissimam sustinere dixerim, ne corruat, ac funditus euertatur. Non mirum itaque sit, minutã istam virtutem dæmoni magno terrori esse. sic gallum ignemque modicum, &, vt aiunt nonnulli, murem leo pertimescit: sic elephas ad arietis conspectum metu consternari fertur, sed visa puto humilitate dæmõ aufugit, qui se meminit totius superbiæ, & arrogantiæ fabrum, ob id è cœlis ad ima deiectum fuisse, quòd illam Deo charissimã minimè coluisset. Parem ergo ruinam extimescat necesse est, qui haud dissimilem animi inflationem ostentat; ille cadet, qui celsa petens, spernit ima, sublimium is lapsus est, ac magnorum interitus semper fuit, in superbiæ culmine sedem locasse, quam illa cunctarum rerum inspectrix sedula Nemesis facili negotio leturbat, quę *Isa.* 22. Sobnã templi præpositum deiecit, & vt pilam circumduit, ac veluti gallinaceum asportauit. Discat itaque religiosus alienũ sumptu, qui ob mentis elationẽ præcipites acti,

nihil

nihil poſtea in manibus ſuis inuenerunt: Obſeruet tam multos, quos verè orbis lumina dixiſſet; errorum atque hæreſeon architectos poſtea fuiſſe ob animi faſtum, & arrogantiam. Annon id Vincentius Lyrinenſis diſertè tradit? Res ergo magna humilitas cenſenda eſt, cuius tam magnæ ſunt vires, vt tot hoſtium conatus eludat, inſanientium taurorũ cornibus, ictus locum ob exiguitatẽ neutiquá præſtans. Eius vtique typus violę flos fortaſſe fuerit, qui aquę, quam vulgò fortem vocant, immerſus contrà quàm cæteri omnes ſoleant, tridui ſpatio inconſumptus perdurat, ſic ſupra virtutes cæteras contrariis poteſtatibus humilitas obſiſtit, in quolibet periculoſo certamine victrix. quàm verò illam Deo gratam eſſe putemus, quæ Chriſto tantùm placuit? Quod ſi Chriſtus humilitatis auſpiciis noſtras ruinas reparauit, fruſtra ſecuritatem, fruſtra reſtaurationem tibi ſine humilitate promiſeris. Ergo te ipſum agnoſce, metire tua cubito illo Ezechielis, quem veriſimum vocat *c.* 43. O caput

Deo consectatum, te ipsum contemne, ac altare vacuũ extrues, in quo Domino victimę acceptissimę offerãtur. Verũ qualis humilis futurus est? paucis expediam, contemnat se, contemnat neminem, indignum se lucis huius vsura, aëríſque hausta reputet, nec laudis, nec honoris, ac dignitatis sit appetens. nullam nec intra, vel extra sodalitium ambiat præfecturam; nec illud vnquam decerni velit, an possit Episcopatus desiderari: latere cupiat, & suarum mercium nundinator esse non queat: malit exempla cæterorum mirari, quàm sua videre, nisi fortasse, vt reprehendat, eo certè animi studio in cæteros, vt nihil siniſtrè interpretetur, nihil temerè diiudicet. humilis non ambulat in mirabilibus super se, nec funãbulorum more, iter pergit singularitatis, quod Deo, & hominibus est inuisum: eius sincera seruitus, sincera & actio sit, nihil per simulationem, nihil per hypocrisim attentans: neminem culpat nisi se solum, primus sui accusator, cæterorum minuit culpam, & crimen;

non

ratiocinatione intelligunt Angeli, tu terreſtris Angelus efficieris, ſi abſque diſcurſu, ſenioris iuſſa impleueris: ſocios Iehu imitare, qui ſimul atque illa Prophetæ verba audierunt, 4. *Reg.* 9. *Hæc dixit Dominus, vnxi te regem ſuper Iſraël,* illum tametſi parem poſitis palliis, ac in modum ſolij adunatis, confertim Regem declarauerũt. Fac Chriſtum inter nos verſari, vt olim apud Iudæos familiariter verſabatur, an illius audito imperio cunctareris? an cauſam rogares, cur ita præciperet? tametſi te ipſum è rupe dare præcipitem iuberet, aut arduum aliquod opus, vires humanas excedẽs, aggredi imperaret. Eius ſanè ſpeciem ſenior præſefert, eiuſmodi protoſtaſiam à te capiens, qui ad perfectionis culmen feſtinas aſcendere. Si iubet ſenior, imperat Deus, præcipienti Deo, quis hominum non celerrimè pareat? At fortaſſe quorundam religioſorum ſtatus reprehendendus eſt, qui licèt maiorum ſuorum iuſſibus, ac poſtulatis ſpecietenus reſpondeant, interiore verbo ſaltem obmurmurant,

clau

claudendum & iſtud eſt, è quo ſanè pluſquàm Ægyptiæ, ac vlulæ Babylonicę prodeunt: alij ob innatam quandam duritiem ſeniores deterrent, adeò vt illis nequidquam imperare audeant, quippe rebellem, ac reſilientem naturam ſi vellent inflectere, perinde eſſet ac ſtatuis tributa indicere: alij teſtudineo gradu iuſſibus parent, illius dicti immemores, Vidiſti hominem velocem, coram regibus ſtabit. Ad iſtos omnes confundendos ex Palladio, Caſſiano, Dorotheo, & aliis id genus grauiſſimis autoribus altiſſimæ obedientiæ exempla afferri poſſent, quæ ſignis conſequutis mirum in modum coruſcant: at breuitatis ſtudio impedior. Obedientiæ gradus à Iuſtiniano Camaldulenſi explicatos in mentem hîc reuocare non vacat. Chriſtum itaque obedientiſsimum religioſus ob oculos habeat, qui vt Patri morem gereret, duriſsima, ac probroſiſsima pertulit. Chriſtum etenim à Patre mortem oppetere iuſſum, receptior ſententia tradit.

CAPVT XVII.

De ſuiipſius abnegatione, pœnarum amore, mortificationis ſtudio, & cruce ferenda.

AGè, iam reliqua perſequamur. religioſo bene comptam ſponſam coniungamus, ſcilicet Chriſti Crucem, quam ipſe tantopere amauit, voluit, & appetiit, adeò vt in eius ſinu è vita deceſſerit. Quid miramini Sampſonem tam vehementi amore dilexiſſe Dalilam, à qua tot probris, & incommodis affectus eſt? At ab omnibus repudiatam mulierem ſibi deſpondere horret animus. haud tamen iſtud verum eſt. nemo enim Deo charus vnquam extitit, qui Crucem impenſiùs non amauerit. Quanquam ad iſtiuſmodi nuptias ambiendas ſatis excitet, cogitaſſe Crucem à Deo vnicè dilectam fuiſſe. Is Chriſtum ſequitur, ſummoque honore afficit, qui eius geſtat inſignia, qui multa,

eaque

eaque grauia constanter paritur, sicut ille pro nobis perpessus est. Religiosos Crucis amantes sic Ignatius alloqueretur, & quidem blandè. Glorifico Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi, qui per se ipsum vos tantùm illuminauit. agnouit enim vos perfectos esse in fide immobili, tanquam clauis affixos Cruci Domini nostri Iesu Christi carne, & spiritu, & cõfirmatos in charitate in sanguine Christi. Ergo à cruce nunquam discedendum est. vix vlla statio tuta sit, vbi crux erecta non est. sed parum dixi. vbi Crux, ibi fœlicitatis pignus: quid plura? ibi Christus. qui Crucem respuit, Christum abiicit. & quidem si verum est, vti est verissimum, nobiscum in terris versari Emanuelem nostrum, nusquam à cruce dissociatus ille visitur. idcirco aiebat Paulus *Corinth. 2 c. 4. Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.* Salutare Crucis signum, quod & apud Ægyptios religionis tessera fuit, religiosis viris peculiaris ob syderis vim

præ

præpotentiorem, quam ſignificabat, cùm illud ſub meridiano conſtitutum radios vtrinque diffundit, vt Chriſtianæ profeſsionis homini pulcherrimũ eſt ornamentum, ita & illius pondus, tametſi corpus ac fæcem ad ima demergat, mentem in altum ſuſtollit. Ferenda itaque crux eſt, quandoquidem nos & ipſa fert, & coram Deo viros perfectos, Chriſti germanos ſimillimos ſiſtit, tota applaudente cæleſti curia. Friget amor ſine cruce, vt palmes ſine falce areſcit, & dolore vt niue fruges virtutes fouentur, & creſcunt. Sponſam in Canticis, quæ ſe præ amoris vi languere aiebat, lubens audio, tam multa ſui amoris in Sponſum argumenta prodit, vt meritò apud omnes fidem comperiat. at cùm ſe eius cauſa pallium amiſiſſe, à vigilibus vulneribus petitam fuiſſe commemorat, nec tamen dolet, niſi quia Sponſum diu, ac diligenter quæſitum non inueniebat, cogor clamare, Amat, nec fingit, quæ dilecti cauſa dura fortiter præfert. Vna eſt autem, ait Clemens Alexandr. *l. 7. Strom.*

ab hominibus præcipua gratiæ relatio, ea facere, quæ Deo ſunt optima. Quid ergo optimum, niſi Deo inter anguſtias, & cruciatus gratias agere, ingentiſque beneficij loco habere, quod quis pro eius nomine patiatur? Hac inſtructus doctrina religioſus in virtutis itinere ſic progrediatur, vt nullum vnquam cauſari obicem iure valeat, quàm propriæ voluntatis cunctationem. Nunquam ſe miſerum, tametſi variis multiplicibúſque ærumnis conflictetur, reputabit. quid enim vulgus ſequatur, qui inter deos cooptatus eſt? Quàm magnum prodigium per medios tribulationũ vortices ſicco veſtigio diſcurrere, & immotis oculis cernere, cæde impauido, ac infracto pectore recrudeſcentis anguſtiæ ictus excipere? Sci gitur ita religioſus temperet, vt pacato animo acerbiora quæque toleret, alioquin ſæpe in ſodalitij ſui palæſtra luctaturus, in lubrico impatientiæ ſolo facilè deiicietur. cùm abſynthium haurire, ipſa tum hominis conditio,

tum

tum religioſorum ſocietas nō rarò cō-pellet. Pauo immunda pleraque roſtro capit, & ſordida; nihilominus miro caudæ ſplendore collucet ac ſyrmate, & reliquo toto corpore ſpecioſus intuētiū ad ſe oculos cōuertit. ſtomachi, inquies, calore abiecta quæque, & vilia ad ſui decorem, & ornatum trāſfert, dum decoquens partem in latentem ſubſtantiam, partem in pretioſum tranſmutat amictum. Haud diſſimili modo crediderim, religioſus charitatis ardore aſpera omnia ac iniucunda decoxerit ex quibuſlibet aduerſis, quæ illi obuiam facta fuerint, & virtus deuoranda ſuadet, incrementum capiens, pariter & honorem. Idem certè Chriſti patientiæ æmulus, imperia duriora, calumnias, probra, contumelias, ac multiplices moleſtias æquo animo tulerit, ſeniorum iuſsis, tametſi prima ſpecie abſurda viſa fuerint, alacriter obtemperans, perſecutiones, ſi quas in eum damonis aſtu excitari contigerit, fortiter perferens. Nequetamen is vitam miſeram tradu-

cere

cere censendus est. nam vir iustus, vt ait D. Ambrosius *lib. 3. de interpell. c. 2.* gratulatur hîc se conteri, vt in futurum consolationem inuenire possit, sciens quoniam qui bona receperit in hac vita, habet mercedem suam; futura præmia sperare non poterit, qui non luctatus, non exercitatus sit diuersorum certamine præliorum. Pulcherrima sunt, quæ M. Antoni. Imperator *l. 7. de vita sua.* ipsis etiam Deo dicatis hominibus, tametsi ethnicus, dictasse videtur. In maxima, inquit, voluptate licet viuere, tutum ab omni vi, vtcunque omnes quæ volunt, contra nos clamitent: etiam si corporeæ huius molis membra à feris lanientur. quid enim obstat quominus interim mens se ipsam conseruet in tranquillitate, veróque de rebus præsentibus iudicio, & vsu eorum, quæ sunt præ manibus, expedito? ita quidem, vt iudicium rei subiectæ dicat. sanè tu natura tua hoc es, & si aliud videris, vtque vsus dicat rei oblatæ, ego te quærebam: semper enim id quod adest materia mihi est

exer

exercendæ virtutis rationalis, & ciuilis, omninóque virtutis humanæ, aut diuinæ. Omne enim id, quòd accidit, Deo eſt, aut homini familiare, neque nouum, neque intractabile, ſed conſuetum, & tractabile.] ſic Antoninus. Cuius præceptiones, religioſo cordi eſſe debent, vt qui iis plantis ſimilior futurus ſit, quæ in ſyluis, ac montium verticibus ortæ vel conſitæ crebriore ventorum impetu agitatæ, grandinis ac procellarum fragore perterritæ, immotæ perſiſtunt, & niſu ſolidiore cælum rectà petunt, diuturniorem, vtilioremque materiam ſtructuris ſuppeditaturæ, quàm quæ in vallibus poſitæ ab externa vi minùs validè, ac perrarò oppugnantur.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Humilitati, ac Christianæ animi demissioni, quemadmodum virum Deo dicatum studere oporteat.

DIximus iampridem, non eum nobis scopum propositum esse, vt de virtutis forma specifica disputemus, sed rudiorem hoc in libro docendi rationem sequuti malumus multiplices humanarum actionum, siue maculas, siue pulchritudines ob oculos ponere. Itaque humilitatem laudãdam suscipimus, quæ inter cætera id magnum habet, vt virtutum reliquarum sit custos. Tutò thesauros in profundũ defodias, qui sanè locus humilitatis est. Et quidẽ non tua dumtaxat, sed & te ipsum securiùs ibidem seruaueris, præsertim si latrunculi Assyrij huc & illuc prædas acturi, discurrent. An ignoras Hebræos olim Philistæorum gladios, & com-

pedes

pedes effugisse, cùm sese intra saxa, specus, & cauernas abdidissent? 1. *Reg.* 13. Quòd si parum putas, te ipsum à cæde, & grassantium hostium feritate illæsum seruasse, ni & in illos, ipsorum vim, furorémque retorqueas. Habes in eadem Regum historia, 1. *Reg.* 14. Ionatham manibus, ac pedibus reptantem, magna plaga Philistæorum cuneos affecisse. non dubium quin humilis, ac demissè de se ipso sentientis typum, vt hinc intelligas humilitatis ingentes esse quæstus, ingentes & esse victorias. ergo tanta in re modica vis reperitur? quanquam magnum quidpiá existat necesse est, quod efficiat, tu tibi vt modicus videare. & verò, si verum est, circa centrum vniuersam cœlorum molem motu celerrimo agitari, miraberis non modò super nihilo terram, sed & vastissimos orbes inniti. Quid illo minus reperiatur, quod est minimum? an non minimum, cuius pars nulla? eiusmodi centrum orbis terrarum est; quod tamen totius vniuersi est basis. non igitur fallor, si sui exina-

nitio

nitionem cunctarum virtutum molem altissimam sustinere dixerim, ne corruat, ac funditus euertatur. Non mirum itaque sit, minutã istam virtutem dæmoni magno terrori esse. sic gallum ignemque modicum, &, vt aiunt nonnulli, murem leo pertimescit: sic elephas ad arietis conspectum metu consternari fertur, sed visa puto humilitate dæmõ aufugit, qui se meminit totius superbiæ, & arrogantiæ fabrum, ob id è cœlis ad ima deiectum fuisse, quòd illam Deo charissimã minimè coluisset. Parem ergo ruinam extimescat necesse est, qui haud dissimilem animi inflationem ostentat; ille cadet, qui celsa petens, spernit ima, sublimium is lapsus est, ac magnorum interitus semper fuit, in superbiæ culmine sedem locasse, quam illa cunctarum rerum inspectrix sedula Nemesis facili negotio deturbat, quę *Isa.* 22. Sobnã templi præpositum deiecit, & vt pilam circumduxit, ac veluti gallinaceum asportauit. Discat itaque religiosus alienũ sumptu, qui ob mentis elationẽ præcipites acti,

nihil

Deo conſectatum, te ipſum contemne, ac altare vacuũ extrues, in quo Domino victimę acceptiſsimę offerãtur. Verũ qualis humilis futurus eſt? paucis expediam, contemnat ſe, contemnat neminem, indignum ſe lucis huius vſura, aëríſque hauſtu reputet, nec laudis, nec honoris, ac dignitatis ſit appetens. nullam nec intra, vel extra ſodalitium ambiat præfecturam; nec illud vnquam decerni velit, an poſsit Epiſcopatus deſiderari: latere cupiat, & ſuarum mercium nundinator eſſe non queat: malit exempla cæterorum mirari, quàm ſua videre, niſi fortaſſe, vt reprehendat, eo certè animi ſtudio in cæteros, vt nihil ſiniſtrè interpretetur, nihil temerè diiudicet. humilis non ambulat in mirabilibus ſuper ſe, nec funãbulorum more, iter pergit ſingularitatis, quod Deo, & hominibus eſt inuiſum: eius ſincera ſeruitus, ſincera & actio ſit, nihil per ſimulationem, nihil per hypocriſim attentans: neminem culpat niſi ſe ſolum, primus ſui accuſator, cæterorum minuit culpam, & crimen;

non

non vt mendax ſit, vel indulgens, ſi neget, vel atteſtetur, ſed ne ſit iniuriarum ſuarum altor,& vindex:quas ſitit, & cupit, ſaltim animo fert pacato, qui & ſe corripi tametſi paulò acerbiùs tolerat,& alios corripit tempeſtiuè, charitate,non ſtudio carpendi ductus. Qui talis eſt,an ſe moneri, doceri etiam ab inferiore dedigneturʔan ſe omnia noſſe cogitetʔ an ſi doctus fuerit, inſcios, & imperitos deſpiciatʔ an cæteros omnes poſt tergum relinquere inani conatu affectetʔ an honeſtas, vel ſacras actiones ob inanem gloriam exequaturʔan auræ popularis,ac potentiorum flatus aucupeturʔan cæterorum ſiue naturales, ſiue ſupernaturales latere dotes concupiſcatʔ an laudum ſuarum aſpernator verus,cæteros,ſi quid laude dignum acceperint,vel geſſerint,digno præconio non proſequaturʔ fortaſſe humilis contendit.minimè verò, etiãſi ob humilitatis ſtudium,initio contendendum eſſe putauerit. tantum abeſt, vt peruicax ſit in ſua ſententia, nec aliorum iudicio acquieſcat,aut ſe ſolum

cæteris cæcutientibus videre putet? aut alterius consilio sibi opus non esse opinetur? aut velut alter Phocion contrà quàm cæteri sentiant, semper sentire reperiatur? non credo humilem hisce spinis circumsepiri. magis est, vt illum partitione facta, & Deo, & hominibus, & iis, quæ contingunt, perfectè subiici affirmemus: Deo, cui omnia tam corporis, quàm animi bona accepta habet, è cuius munificentia, ac liberalitate cuncta sibi expetenda euenire credit, nihil suis meritis tribuens, nihil & viribus, quas & valdè imbecilles esse sentit, & sine gratia conditoris in imo iacere, nullamque actionem præclaram aggredi eas posse ingenuè confitetur. an non is coram Numinis maiestate contremiscat, ac suæ vilitatis consideratione, veluti sacco, ac cinere opertus semper adstet? an diuinis non dicam iussibus, sed nutibus incunctanter non pareat, qui non suum sequitur arbitrium, sed æternam illam voluntatem, cui soli conuenit, vt sibi sit lex? at hominibus fortasse æquanimiter non sub-

iicietur? quis credat? humilitas perfecta tales habet discipulos, qui se cæteris deteriores, ac viliores reputent, tametsi virtutum claritate conspicui sint, cæterorum, quæcunque illa sint, opera, dummodo iusta, magni faciant, sua vix vllo in numero habeant, non quòd falsam rerum æstimationem sequi velint, aut iustitiæ regulam suspectam habeãt, sed vt compendiosius, ac tutius iter sine veritatis discrimine transigant, ad eum sanè modum, quem Dorothei tradit doctrina. At humilitas libenter iis, quæ contingunt, subiicitur, siue quòd humilis contrà quàm externa sensuum apprehensio suggerat, nihil temere in hac vniuersi œconomia contingere certò credat, fidei freno humanæ mẽtis superbiam coërcẽs: siue quòd fortiter omnia dura, & acerba ferat, tametsi immeritus cæteris videatur, cùm semper quid habeat, propter quod se vel ante supplicium, intra suum pectus lata sententia haud fictè condemnet. Puto quisquis ad istas foueas descenderit, lucem aliquando videbit, & sublimi in

mi in ſolio collocatus, ſe ipſum citra periculum mirabitur ab omnibus in perenne ævum ſuſpiciendum. Cæterùm religioſus humilis virtutem vt ſignis prodat externis, neceſſe eſt. abiecta munia obire eum nequaquam pudebit, præſertim Ioannis Damaſceni memorem, qui & regia ſtirpe prognatus, & ſuo ſęculo omnium doctiſſimus, ipſamet manu antea ob fidem orthodoxam amputata, poſtea à ſacroſancta Deipara reſtituta, ſordidiſsima quędam à ſuo ſeniore mandata, ſumma alacritate impleuit. Præter hæc religioſus humilis voce, inceſſu, indumentis, reliquoque cultu externo ipſius virtutis faciem referabit, non tam conſultò, quàm neceſſariò. ſiquidem ſi altè illa intra præcordia radices egerit, latere nequibit. Et quidem Gregorium magnum humillimum iure prædicamus, cùm oblatos honores tam libera voce, & ſtilo fideli repudiat, dum ſe totics flagitioſum deplorat. quid ita? quoniam ex corde intus ſic de ſe ipſo ſentiebat. Prodeat nunc aliquis, & Baſilij

Imperatoris maximi humilitatem ſimulatam dictitet, cùm in octaua ſynodo generali perorans, & ſchiſmaticos Epiſcopos ad concordiam exhortans, hæc diceret. Confuſio quidem reuera eſt, & maximus pudor, imò verò in Deum dimicatio, nolle vnumquemque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum, ac lucrari & ſe & multos: ſi autem hoc omnino confuſionem arbitramini, ego, cui imperij ſuppoſita eſt corona, forma vobis efficiar huius optimæ humilitatis: Ego qui imperitus & inſipiens ſum, bonum initium ero vobis, qui ſapientes eſtis, & ſcientia clari: Ego qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis: Ego primus memet ſuper pauimentum proiicio, purpuram & diadema paruipendens: aſcéndite ad genas meas, & per oculos meos incedite, nec reputetis magnum, Imperatoris calcare ſcapulas, neque vereamini tangere verticem, cui imponitur à Deo data corona.] Hactenus

Basilius. quæ ob id prolixiùs commemoro, non vt eos humiles esse declarem, qui seipsos crebrò peccatores, & inutiles dictitant, & vel leui vocula lacessiti statim commouentur; sed vt in quosdam nitidioris togæ patres animaduertam, qui latenti quadam, & interdum imaginaria humilitate contenti, humiliationem, quam vocant, omnino fugiunt, ac virtutem se solidam comparare præsumunt; absque contemptu, vel probro. Ergo intelligamus humilitatem clarissimam virtutem atro indui amictu, defixísque ad terram [illegible]alis sublimia meditari: bases cæteris virtutibus veluti sapientiæ domus columnis substernere: trãquillum mentis statum sponso suo parare, cunctasque hostium insidias, & vires, & solertiùs explorare, & securiùs eludere, id quod Patres omnes suis tum scriptis, tum vitæ exemplis uculenter demonstrarunt.

CAPVT XIX.

Religiosus acedia profligata, orationis studiosior sit, cui & se totum dicabit.

ORationis elogium ex D. Gregorio Nysseno *l. de oratio.* huc afferre non pigebit, ne homines Deo dicatos illi impensiùs vacare pigeat. Multum refert rei, quæ vænit, vtilitates, & cõmoda inspexisse, nec quicquam emere paratus est, precij rigore [illegible]re querulo causetur, præsertim cùm plerique ex religiosis, monachis, fratribus, clericísque omnia corporis munia obire malint, quàm vel per modicũ tẽpus orare. rectè ergo Nyssenus monet. Oratio (inquit) pudicitiæ præsidium, atque tutamen est, iræ moderatio, superbiæ sedatio, atque repressio, iniuriarum tenacis memoriæ expurgatio: inuidiæ profligatio, iniustitiæ sublatio, impietatis correctio: oratio corporum robur est,

abun

abundãtia domus, recta iuris, ac legum in ciuitate constitutio: regni vires, belli tropheum, pacis securitas, dissidentium conciliatio, coniunctorum conseruatio: oratio virginitatis sigillum est, matrimonij fides, viatoribus scutum, dormientium custos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium salus: oratio reorum, & causam dicentium patrona, nexorum, ac vinctorum relaxatio, gaudentium animi delectatio, lugentium solatium, nuptias contrahentium corona, natalitij festi celebratio, morientium funus: oratio conuersatio, sermocinatioque cum Deo est: visum effugientium contemplatio, eorum quę concupiscuntur certa fides: eiusdem cum Angelis honoris conditio, bonorum progressus & incrementum, malorum subuersio, peccatorum emendatio, præsentium fructus, futurorum repræsentatio: oratio quidem Ionæ cetum domum effecit: Ezechiam verò ex portis mortis ad vitam reduxit: tribus autem adolescentibus in vẽtum rorantem flammam conuertit:

Israëlitis aduersùs Amalecitas trophæũ erexit, & centum triginta millia Assyriorum vna nocte gladio inuisibili prostrauit.] Sic Nyssenus; & quidem, vt solet, egregiè. At quorsum ista, inquies? quasi verò non multi sint, qui precandi studium, ac meditationis laborem vsque adeò fastidiant, vt cætera quæque fodalitij onera libenti animo subeant, dummodo rariùs ac breuiùs orare, vel meditari iubeantur. Præstat itaque orationis tam multos, ac eximios fructus vel in vngue comprehensos inspexisse. Sedenim assiduitas primo loco statuenda est, siue mente solùm, siue voce simul intelligas: oportet enim, Christo hortante, nos semper orare. Scio me à Messalianorum insania longè abesse, & diuinæ sententiæ sensus verior cuiuis patet. Si pulsaris, si impeteris ab hostibus, & quidem crebrò, cur non & crebrò auxilium poscas? an verò pigeat Deum sæpius alloqui, quo frui, ferè dixerim, cùm sese illa maiestas per iugem, ac profundam animi à corpore abscessio-

nem,

nem, tunc datur, cùm ſedatis perturbationum tumultibus, ad illum accedimus. Orandum ſæpius eſt, vt ſic orare diſcamus, vſu etenim ac exercitatione artes comparantur, quantò magis orationis formula exactior? Delphinem nunquam interquieſcere ferunt. dicto ſic fidem parant. obſeruarunt illum interdiu huc, & illuc diſcurſare, nauandíque nuſquam finem facere, appetente nocte profundioré aquæ locum eligere, in eius ſuperficie ſeſe quietilare, proprio cum pondere dormientem ſenſim ad ima ferri, in fundo denum excitatum, rurſus ſuperna petere, c multoties idem iter peragere, donec naturæ neceſsitati plenè ſatisfactũ it. Vidéſne marinam belluam, Deo nſtitutore, in perenni motu verſari, ac agaci quodam inuento deſtinatum ſii finem, genio minimè fraudato, dipiſci? Tua itaque, & te ipſum, & r, ô homo, ſic regere diſcas, vt eluti iugi quadam precatione occuatus, intentum in Deum animum eras, tametſi externarum rerum

cura circumpliceris. sit tibi creatura quæuis speculum ac diuinæ, & bonitatis, & potestatis vestigium, haud erit exercitato difficile illo propiùs odorato, totius pulchritudinis auctorem inuenire, quocum diutius confabulctur, ni fortè malit aliquo temporis interuallo tacitus illum suspicere, ac admirari. En Senecam non absque pudore memorare libet, quem in epistolis ipsius legi, ex re quauis obiecta illustres animi conceptiones elicere, quibus humana mens ad omnem probitatis, & honestatis frugem comparandam informaretur: quæ non ille ad abstrahendos à fluxæ istius gloriæ cupiditate cogitatus adminicula petiit, ex vniuersi huius successibus, ac humanarum artium, societatumque vicissitudinibus? Siue ad balneas Baias strepitus clamoresque sentiret, siue remigio tractus, aut lectica vectus nausea infestaretur, siue perforatum à Lucullo montem pertransiret, siue denique Vaccia Romani villam spectaret, reuocata ad internos animi recessus intelligendi facultate,

quæ

quæ homine forti, temperanti, ac humanarum rerum contemptore digna forent, diutius meditabatur, non dubium quin delicatius,& vtilius,si ei diuinior lux affulsisset, cuius ille fuit expers,nos verò participes Christi munere facti sumus.At verò,vt assiduitatem nonnihil attemperemus, statutis horis contenti erimus, quibus, aut psallere, aut meditationi vacare præcipit regula,vel consulit. Non est ei parcendum, qui præfixum tempus oscitantia, & mentis inanitate eludit. vix est,vt quis animi perturbationibus obsistat, siue illa spiritali lucta,in qua homo corporeo licèt pede claudicans,Deum vincit. Ni Deum precando, contemplandóque viceris,prosterneris sæpius, nec à re expetita præsertim libidinis victoria stabit. Ad hunc modum attemperatæ assiduitati adiungenda est attentio. quia *propè est Dominus*, ait Vates, *inuocantibus eum in veritate*. Inter psallendum ea disciplina seruanda est, quam viri sancti exigunt; quàm plurimùm iuuat Psalmos omnes, & cantica me-

moriter tenuisse (monachos alloquor, cæterosque choro inseruientes.) Mos olim in Ecclesia vigebat, vt nemo ad Episcopatum promoueretur, qui Psalmos omnes non calleret, Gregorio magno reste. Quod onus haud minùs aptè iis iniungatur, qui perfectionem sibi desponderunt. Cæterùm fucus ille, ac fraus diligenter fugietur, cuius meminit Iustinus Martyr, cùm valdè horrendum sit, vt nutu, vel excreatione ad versiculi prolationē frater maledicto, improperio, vel conuitio clàm, ac sub diabolica spe impunitatis crudeliter lancinetur: strepitum inter psallendum, tametsi leuem, non permiserit Ambrosius, qui virgines alloquens, adolescentis cuiusdam meminit laude dignissimi, is enim carbonis ardentis incendium perferre maluit, quàm sacri ministerij maiestatem vel vno suspirio imminuere, adstantiumque attentos animos rei nouitate percellere: præ cæteris coërcendus erit cogitatus, ne vagetur, néve motis labiis in Deum, ac diuos mens elinguis, & in-

sulsa consistat: quid de illo dixeris, quē sacer Thomas Aquinas iure corripiat, ac cum Tertulliano ita compellet *l. contra Psychicos.* Apud te agape in cacabis feruet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet ?] Quis hunc ferat inaniter verba fundentem, aut immoto plerunque corpore, vastiora terrarum spatia vago cursu lustrare illis equis conseensis, quos circuire terrestrem orbem Zacharias vates animaduertit? Non immeritò sanè attentionis, sine qua fructu vacat oratio, dignitatem; ac necessitatem viri sancti attendentes, admiranda aliquot exempla proponunt, præsertim Nilus Abbas, quæ retuliſſe non pigebit, postquam eius præclaram sententiam hac de re audierimus. Homini orationis studioso, ait, dæmon inuidet vehementer, & omnes adhibet machinas, vt eum à proposito dimoueat, varias enim de rebus per memoriā excitat cogitationes, & omnes per carnē perturbationes commouet, vt animus eius ab optimo cursu, & diuina cōiunctione reuocetur. Verū ab isto cursu, egregij

quidam

quidã athletæ nequaquã retardari potuerunt: non ille Ioannes cognomento paruus, ſed re ipſa magnus, qui immobilis cum Deo verſabatur, quamuis dæmon ſub draconis ſpecie illi ſe circumuolueret, & carnes ipſius contrectaret: non is, quem dæmones adorti ad duas hebdomadas in ſtorea ſublatum per aëra vti pilam verſarunt, neque tamen vllo modo ab ardenti oratione abducere potuerunt. non alter quiſpiam, qui cùm in ſolitudine iter faceret, & ipſi duo ſe Angeli comites adiunxiſſent, vt cum medium conſtituerent, ne animum quidem his adhibuit, ne id, quod præſtantius erat, amitteret.] En præclara palæſtritarum exercitamenta. his monemur tota animi contẽſione in id incumbere, vt eũ precationi, vel meditationi operam damus, defixis in Deum mentis oculis, res alias quaſcunque obiectas reſpuamus. ſalubre monitum, ac neceſſarium, ne artis arduæ, vt ille aiebat, iacturam faciamus, & theſauris ſpecierenus inhiantes, ſalis glebas onuſti geſtemus, ad ſeræ pluuiæ

fortaſſe aduentum liquandas. Meum non eſt formulas orationis tradere, ac libelli anguſtia meditationis regulas, & methodum iure præterit. ſuppetunt piorum hominum inuenta, quorum adminiculo mens in ſublime leuanda eſt, ſe atque ſua vt obliuiſcatur. Nam de caligine lucida, de æternitatis itineribus, de cæteris altioris contemplationis miniſteriis alios multa ſcribere ſinimus, ad quos religioſum ſtrenuum, & ſegetis melioris auidum amandamus. Rudes docere, ac hortari animus eſt, eaque digito monſtrare, quæ tenelli ſuſpirent, ac interdum etiam haud irrito conatu conſequantur.

CAPVT

CAPVT XX.

Religiosus qua præparatione ad altare accedet.

NOn puto superuacaneum fore de Missæ sacrificio, quod ex munere religiosus quiuis sacerdotio initiatus Deo offert, hoc loco paucis agere. cuius vim, ac præcellentiam inspici diligentiùs, tum etiam Sacerdotis dignitatem ob oculos versari crebriùs oportere, iure optimo censuerim. Quid enim causæ sit, vt reinatura parum intellecta, sacrorum mystes ad altare, veluti ad communem mensam, accedat, & diuinum cibum quotidie sumens, idem semper sit, ac Dauide frigidior, cùm senio iam confectus adauctis tegumentis nunquam calefieri posset. in dubium reuocet, an gratiæ particeps fiat, quam sacrificia singula dignè communicanti suppeditant. Et verò mirandum valdè est, religiosos plerosque lau-

tissi

tissimis sacrosanctæ Eucharistiæ dapibus vescentes ardentem, ac prædurum animum gerere, tametsi pacata conscientia tremenda mysteria tractare se putent. vix proferre queant, quid de Christo sentiant, qui percepturos se Christum non antea cogitarunt. Non se putant summa nobilitate donatos, cùm Sacerdotes creati sunt: quamobrē more plebeiorum cibos delicatiores vti comedere oporteat nesciunt, vel non meminerunt. Suam itaque Sacerdos dignitatem intueatur, idque meminerit, habere se, quod Angeli vel maximi sanctè, ac religiosè inuideāt. Ipse certè Angelus euasit potestate, quandoquidem Ioannis Chrysostomi sententia est, Paulum ad Galatas sic scripsisse; *Quòd si Angelus de cœlo vobis aliter annunciauerit*, ad differentiam terrestris Angeli; qui est Sacerdos. Nec minùs vera Gregorij Nazianzeni expositio est, quam in illud Exodi tradit, vbi de Sacerdotis vnguento agitur, *Et non vngetur ea caro hominum*: quasi Sacerdotes plusquam homines in-

sinuarit,

ſinuauit, qui ſoli vnguento illo delibuti prodibant. ſunt verò iſta vetera, quæ noua noſtris Sacerdotibus eſſe, velim ſe ipſos vt renouent, & expanſis ad Auſtrum alis, accipitrum more plumeſcant. Fortaſſe quis eos reprehenderit, qui in ſacro ſodalitio poſiti ad ſacerdotium promoueri ambitioſiùs quærant, eo ſanè conſilio, vt quandam religionis onerum veluti immunitatem nanciſcantur, perplexis ipſis, ac valdè ſinuoſis φιλαυτίας plicaturis onerati. Verùm id dumtaxat commemorabo, quod Dorotheus Abbas in quadam ſua doctrina refert, Sacerdotium rem vſque adeò magnam priſcis illis religioſis, ac cœnobitis viſam fuiſſe, vt quum Baſilius magnus illuſtre eorundem monaſterium inuiſens, à ſenioreque rogatus fratrum perfectam obedientiam explorare, variis operibus, iiſque perarduis diuerſis monachis imperatis, multorum periculum feciſſet, is omnium obedientiſſimus communi ſuffragio iudicatus ſit, qui iuſſus à Baſilio ſe adire ſacerdotij

ſuſcipiendi cauſa, alacriter ad illum acceſſerat, eo nequaquam diſcuſſo, an ambitioſus, ac ſuperbus à toto cœtu haberetur. quandoquidem conſtans erat omnium ſententia, graui culpa ſeſe implicare, qui ſacerdotium petiiſſet. At quoniam vſu iampridem receptum eſt, vt in ſacris ſodalitiis multi creentur Sacerdotes, propterea tam eximia dignitate auctos admonebimus, vt præclariſſimum miniſterium dignè Seruatori, ac Eccleſiæ toti præſtent, cuius nomine immolare eos certiſsimum eſt. Non laudo, qui ob inertiam à re ſacra facienda crebrò abſtinent, vt talentum ipſis concreditum in terram defodiant: haud tamen probo, qui ex aduerſo nimis familiariter, & non parca tantùm, ſed & ſordida ſupellectile Regem Regum intra ipſorum labaſcens animæ tectum recipiunt. Quid ergo à ſacerdote celebraturo exigam? accuratum antea examen, ac conſcientiæ diſcuſſionem minimè perfunctoriam. ſtudium vulgare commemoro, pleriſque tamen valde incognitum, iis

ſcili

ſcilicet, qui ſuos reatus occluſis luminibus diſſimulant, ac prætereunt, non illos quidem mortiferos, ſed eiuſmodi ſanè, qui animum in vitæ diſcrimen adducant, aut eũ ſaltem ſocordiæ funibus conſtrictum teneant. Itaque religioſus ne ſibi pareat, vel conniueat, ſed internos, ac externos actus ad iudicium vocet, & quotquot perfectioni acquirendæ impedimento eſſe compererit, cenſura ſeueriore condemnet, oculorũq; imbre ſuffocet, aut igne charitatis ſuccendat, & falce pœnitentiæ ſuccidat. Ephrem ſanctiſſimũ imitetur, cuius confeſſio in ea concione, in qua ſe ipſum reprehendit, mirũ in modum legẽtium animos cõpungit, & ſalubriter vulnerat. inter cætera ſic ait. Mulieribus videri cupio gratioſus, diuitibus pius, hoſpitibus grauis, domeſticis cogitabundus, & prudẽs, propinquis honoratus, & prudentibus perfectus. Inter homines pios verſor, vt ſapientior: ſimpliciores vti pecudes cõtẽno: ſi quis me afficit contumelia, vlciſcor: ſi quis me arguit, illi ſuccẽſeo: vera dicentibus

vt inimicis indignor : admonentibus iraſcor: non adulantes odio proſequor: fratrem calamitatibus oppreſſum non agnoſco: ad fœlicem accurro : ægrotãtes auerſor: ſi æger ipſe ſim, ab omnibus inuiſi volo: maiores deſpicio : abſentibus detraho : præſentibus adulor: honorare qui ſunt digni, recuſo, & indignus ipſe honores exigo.] Hac ſanè formula Ephrem ſe ipſum audientibus fratribus accuſabat, qui meo quidem iudicio, religioſos redarguit in eo examine tractãdo ſegnes, ac ignauos, quod remotis arbitris fieri conſueuit Ad hũc ergo modũ explorata animi vulnera ſeniori per exomologeſis ſacramẽtũ pãdẽda ſunt ſine fuco & fœno, adde & ſine fermento. hypocriſis etenim, ac importuna narratio cũ illa nimia in tuenda ſui exiſtimatione apud ſpiritalẽ patrem diligentia quàm diligentiſſimè fugienda ſunt. at parum eſt ſcopis aulam, in quam Rex venturus eſt, mundaſſe tantùm, niſi eam ditiſsimis aulæis, ac ſacrarum meditationum periſtromatibus veſtias, & exornes. non

puncta,

puncta, quæ vocant, præſcribo (ſunt enim ea longioris operæ & operis) diuiniora tamen deligenda ſunt, quæque in amorem admirationémque rapiant. Neceſſe igitur erit, vt Sacerdos ea calleat, quæ à noſtris Theologis de Euchariſtiæ myſteriis, ac Miſſæ ſacrificio paulò ſubtiliùs tradita fuêre. His etenim vel per compendium cognitis, faciliùs animus in Deum exardeſcet, ac Numinis maieſtatem toto niſu colet, ac venerabitur. Vt id præteream, quod presbyterum ſuppudere debeat, pecuniam, æſque ſignatum, quod ſingulis diebus attrectat, non magis noſſe, quàm ſi truncus ex ilice foret. Quantas verò ex illo beatiſſimo ſanguinis hauſtu diuitias colliget, ſi verum Chriſti ſacrum cruorem tunc fundi cogitauerit, cùm benedicti poculi conſecratio perficitur? quàm magnum illud, putas, cor futurum eſt, quod ſingulis diebus pretioſiſſimo liquore rigatur? quã vegetæ ſuapte natura labentis hominis vires erunt, cuius animus Chriſti carne ſaginatur? Atenim ſacrificium iſtud vi-

uificum

uificum à bene expolito homine tunc peragetur, cùm eius pretium in totum Ecclesiæ corpus tota animi intensione distribuere studebit is, qui apud Deũ publica negotia gerit, & nomine totius multitudinis Christianę eximia legatione fungitur. Certè norunt omnes pro multis, variisque rebus sanctam istam hostiam in Ecclesia offerri solere, at pro ipsamet fidelium congregatione si iugiter offeratur, generalioris charitatis studium fuerit, & lucrum ingentius.

DE PERFECTI RELIGIOSI ITINERIBVS AC DONIS COMMENtatio in Psal 22.

THOMA GALLETTO
Presbytero I. C. auctore.

EXPOSITIO MYSTICA IN PSAL. XXII. IN PERSONA RELIgioſi perfecti.

Dominus regit me, nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.

QVOTIES aliquis diuino afflatus Numine ſacrũ ſodalitium ingrediens, mundi voluptates, ac carnis illecebras effugit, cunctis ſeſe facultatibus, ac rei familiaris ſolicitudine abdicat, neceſſariis, affinibus, atque propinquis longum vale dicit, dignitatum & honorum oneri ſe ſubducit, anteactæ vitæ longè diſsimilem viuendi ratione aggreditur, ac denique hominis

politici omnes ferè partes deponere videtur; is cũ humana præſidia ſpernere, ac cũctos, & cũcta deſerere inſtituerit, pleriſq; parum oculatis deſertus quoque videtur, veluti arbor quædam autumnalis frondibus viduata, etenim cùm amore Dei ſuccenſus, cuius gratia vniuerſa aſpernatus eſt, beatitudinem non iuxta vulgi ſententiam, ſed ex ſapientum Sanctorúmque aſſertione metiatur, facti minimè pœnitens, ſeipſum cõſolatur, cæteróſque monet, quæſtus ac commodorum, quæ ob ingreſſum religionis percipit affluenter. Dominus, inquit, paſcit me, quia tanti facitis iſthæc humanæ vitę præſidia, tametſi pauperem valde vitam elegerim, ſcitote me à Deo paſcendum fore. Quoniam ſi pater meus ac mater mea dereliquerunt me, Dominus ſanè aſſumpſit me. Tantùm abeſt, vt quicquam amiſerim, vt multò cumulatiùs ac nobiliùs in poſterum alendus ſim. An mea deterior pullorum coruorum conditione, futura ſit? annon magis acceptior, quandoquidem à parenti-

bus

bus deſertos illos ipſemet Deus alit atque ſuſtentat? Cur ſe ab hero Amalecites ille deſertum queratur, quē Dauid Rex in itinere refouit?

Dominus certè Apoſtolos, quos ad prædicandum ſine pera ac pecunia miſit, ſic aliquādo *Luc.* 22. percōtatus eſt: *Quando miſi vos ſine ſacculo ac pera, & calceamentis: nunquid aliquid defuit vobis?* At illi dixerunt: *nihil.* ingenua confeſsio Chriſti erga ſuos famulos ſolicitam curam demonſtrat. quare ait Nilus Abbas *in l. aſcet.* Nos religioni vacantes is nutriet ſine dubio, qui paſcit cœli volatilia, & induet, qui tantam liliis agri gloriam circumponit.] Cæterùm ſublimiori intelligentia religioſus fœlicitatem ſuam iure cōmemoret. quid ita? Quoniam cùm Dei voluntate ſaginetur, nec multiplicibus ſenſuum appetitionibus, quod illi in ſuperioris vitæ curriculo antea contingebat, lancinetur; tametſi aliqua humanæ vitæ præſidia deſint, nihil tamen ſibi deeſſe profitebitur, rei etenim qua interdum carere cogitur, mox diuinum benepla-

citum ſubrogatur, id quod Clemens Alex. dixit *in 6. Stromat.* Contentus itaque ſit, oportet, nam, vt ait D. Cyprian. *epiſtol. 1. ad Dona.* Quem Deus diuitem fecerit, nemo pauperem faciet, penuria eſſe nulla iam poterit, cùm ſemel pectus cœleſtis ſagina ſaturauerit.] Nunquid ergo mugiet bos ante præſepe plenum? meritò verò dixerit religioſus, *In loco paſcuæ ibi me collocauit.* Quippe intra religionis ſepta animæ cibus reperitur, quocumque perrexeris, vbique penuria eſt, faméſque graſſatur. & D. Bernardus inſinuat *in Declamat. ad Euangel. illud, Ecce reliquimus omnia.* Perinde atque olim in vniuerſa terra fames inualeſcebat, in Ægypto autem magna frugum vbertas condebatur: ſic & in tot hominum ordinibus rerum terrenarum famem acerrimam videris, vbique flagrat cupiditas, & nemo ſaturus occurrit, fame laborat Hiericho, ac ingenti pretio viliſſima quæque væneunt, ſolus Heliſæus pacato animo curíſque ſoluto in domo ſua ſedet, & illius ſagittas non ſentit. Beata domus,

quæ

quæ cœnobiorum typus extitit vbi religioſus Deo plenus, cæteris fluxa iſthęc impetentibus, & ob id huc & illuc vagantibus, nihil niſi ſummum didicit exoptare, quo iam per ſpem ſic fruiatur, vt ſatur ſine tędio ſemper eſuriat.] Quare eleganter D. Cyprianus *ep. ſt. citata ad Donatum.* Vna igitur placida ac fida tranquillitas, vna ſolida & firma & perpetua ſecuritas, ſi quis ab his inquietantis ſæculi turbinibus extractus, ſalutaris portus ſtatione fundatus, ad cœlum oculos tollat à terris, & ad Domini munus admiſſus, ac Deo ſuo mẽte iam proximus, quicquid apud cæteros in rebus humanis ſublime ac magnum videtur, intra ſuam iacere conſciẽtiam glorietur. Nihil appètere iam, nihil deſiderare de ſæculo poteſt, qui ſęculo maior eſt. Quàm ſtabilis, quàm inconcuſſa tutela eſt, quàm perennibus bonis affluens cœleſte præſidium, implicantis mundi laqueis ſolui, in lucem immortalitatis æternæ de terrena fæce purgari?]

Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit.

RECTÈ educationis ſuæ ac exacti tyrocinij ſub magiſtri ferula religioſus meminit, hinc enim totius perfectionis auſpicia capta ſunt, ſed prope aquas, nam & Iſraëlitæ olim fœdus cum Deo percuſſerunt hauſtis aquis apud Maſphath. de quibus Hierony. videri poteſt *in quæſt.* Nouitiatus totus pœnitentiæ lacrymis immergitur, ſuperioris vitæ vt ſordes abluantur, ac ſanentur vulnera. lubentiùs proprio religioſus in flumine innatat (nec enim ſpes in profundum deſcendere mentem ſinit) vt cicatrices etiam vulnerum abſtergat, ipſam peccatorum memoriam. luctus enim, ait Ioannes Climac. *grad.* 7. certus fixuſque dolor eſt animæ peritæ præcurſor beatiſsimæ tranquillitatis, in pleriſque præaptans & immundans conſuménſque omnium vitiorum ſyluam.

Ani

Animas sanè istas illis adolescentulis haud dissimiles, quæ sponsum dilexerunt nimis, D. Augustin. *in Psal.* 94. non ab re detonsis illis ouibus comparauerit, quæ ascenderunt de lauacro, postquam enim terrenarum facultatum vellus posuerunt, in lauacro diutius volutantur, vt inde candidiores prodeuntes perfectionis montem excelsum, cunctarúmque virtutum moralium colles, vitæ laxioris planitie relicta, inoffenso gradu conscendant. Enimuerò super aquarum fluenta plenissima tyronis religiosi animi educãdus est, vt vitæ veteris formas omnes obliteret iugi planctu, ac copioso lacrymarum imbre. Nouus quippe homo futurus, sicut olim per Baptismum initium alicuius creaturæ factus est, sic & per nouũ lauacrum vetustatem carnalium cogitationum exuet. Nouitatem vitæ, inquit Pauli. Nola. *epist.* 2. *ad Seuer.* in nobis ædificantes necesse est, vt vetustatem destruamus: & quia nullum tenebris cum lumine, & mammonæ cum Christo potest esse commer-

cium, expedit nobis, vt vetera vitemus & occupationis pariter ac vacationis genere conuerso implicemur, quibus vacauimus, vt viciſsim vacemus, quibus fuimus implicati, moriamur quibus viximus, & viuamus viciſsim iis operibus ac ſtudiis quibus mortui fuimus. Quòd ſi nouitio moriendum eſt (nã & religionis profeſsio vulgò apud Iuriſconſultos mors ciuilis appellatur) ſe ipſum, vt iis confodiendum tradat, maximè expedit, quos ipſe ſæpe contra Dei voluntatem aduerſa acie conſtituit, criminibus inquam ac ſceleribus toties perpetratis, exacuat ipſe hoſtium ſicas crebra diuinæ offenſæ meditatione, acriorem dolorem vt ſentiat, & millies ſauciatus, cordis vulnera non ſanguinem ſed lacrymas erumpentia Deo miſeratori, à quo ſanetur, oſtendat. Certè ſi ad hunc modum ſuper aquam refectionis aliquot annis fuerit educatus, magna cum fiducia dicet, *Et animam meam conuertit.* Turtur illa ego ſum gemebunda, cui obtortum eſt collum præualidè, vt non iam res ſen-

ſibus

sibus obiectas intueatur, sed & omnibus pennis ac plumis exuta deliciarum, sępius Deo meo immolor. Dicet & rursus potum suum quotidianũ lacrymas esse, quas dulcedo diuina in aquas refectionis conuertit. Hoc verò magnum est, vt quis à fletu reficiatur, adeò vt dicere iure queat, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte*, & quò magis luget, eò diutius lugere cupiat. Religiosi proculdubio munus est, cui Deus aquas virgæ ictu suauissimas esse cautè elicit, tametsi ei iubeatur bibere aquas de cisternis suis. quòd si quis aquas istas Siloe, quæ vadunt cum silentio, contempserit, timeat torrentem illum intolerabilem. Religiosus certè non desinet de Domini liberalitate gloriari, *Super aquam refectionis educauit me*. Est verò lacrymis peraccommodum Nouitiatus tempus, tẽpus putationis, qui enim fieri queat vt pretiosis palmitibus vitiũ humor nõ effluat? sed non est extimescẽda isthæc ferri decurtatio, quod senior veluti alter agricola tempestiuè admouet, ná paulò pòst eædẽ vites vuarũ botros

ſuauiſſimos, ac vina præſtantiſſima reddent. Plangit ergo diutius tyrocinij tempore Chriſti miles, vt ſiccior factus, poſt trãſlatum purgationis æuum faciliùs in eius pectore cœleſtis flamma diuini amoris concipiatur. Neque enim ſemper anteactæ vitæ flagitia deploranda ſunt. Nam Eſther eiúſque ſociæ *c.* 2. in thalamis ſecretæ definito tẽpore myrrino vngebantur vnguento, ac poſtmodum ad Regis conſpectum deducebantur. Eſt verò & hoc conſiliũ Dacriani Abbatis *in ſua Inſtitutio*. Quapropter ferunt D. Dominicum cùm religioſum adhuc ſcelera plangentẽ poſt aliquot ſuæ profeſſionis annos vidiſſet, illum corripuiſſe, quòd illum ad proficientium cuneos tranſiiſſe iam arbitraretur. Præclarè D. Greg. Papa *l.* 3. *expoſ. in l.* 1. *Reg. c.* 6. exponens illud, *Facietis ſimilitudines annoꝝ veſtrorum, & murium*. Peccata quæ pœnitentiæ fletibus tecta non ſunt, in deformitate ſua attentiùs videnda atque lugenda ſunt: ea verò quæ iam ſunt diluta magnis fletibus non attentiùs neque in deformitate ſua reſpi

reſpicienda, ſed æſtimatione humilitatis aliquando cogitanda: quaſi enim in mente pœnitentis & acriter dolentis anni ſimilitudo & murium eſt: quando vt attentiùs lugeat eam, quam ante mentis ſuæ oculos congerit peccati maſſam coadunatã videt. ſed cùm iam magnis ac diuturnis fletibus quodammodo de peccatorum ſuorum remiſſione ſecurus ad ſupernam patriam feſtinare curſu magnæ conuerſationis cœperit, quaſi aurea iam vaſa conſpicit: quia peccata videt, non quibus obligatum viderat: ſed quæ omnipotentis Dei laudibus impendat. Bene autem in capſella ad latus arcæ eadem vaſa reponuntur. Nam ſi arca diuinæ cognitionis ſecretum inſinuat, ad latus vaſa dependantur: quia dum altitudo diuinæ cognitionis mentem eleuat, ad virturem humilitatis infirma noſtra præterita ad memoriam reducenda ſunt. non igitur ponenda ſunt ante arcam, ne dum immoderatiùs infirma reſpicimus, attolli ad ſuperna nequeamus.

Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum.

PRæclarè religiosus commemorat sese à diuina gratia ad virtutum singularum actus exercendos deductum esse, iustitiæ etenim semitę nihil aliud sunt, quàm virtutes, vt non semel docet D. Ambros. *in Psal.* 118. & D. Gregor. Nazianz. *in Carm. hortato ad virginem.* simulatque enim Hebræorum gens mari Erictræo sicco vestigio traiecto, ac deserti solitudine superata terræ promissæ fines attigit, cum septem illis populis ei certandum fuit, vt mirum non sit exacto Nouitiatus tempore religioso non otium, sed cunctarum virtutum comparãdarum studium ardentius obiici. quare ait D. Antonius Magnus *in epistol. 1. ad Arsenoi.* Tum verò ille deductor Spiritus incipit adaperire animæ oculos ad pœnitentiam exhibendam, & vt sanctificetur etiam sensus, distractionem intermediam præbet, incipiens doceri à Spiritu sanctificare corporis & animæ

pœnitentiam ſenſu edocto per Spiritum deducentem nos ad illud animæ corporiſque agendum, qui ſanctificans omnia, ac diſtrictionem præbens, vt carnis miſceatur fructus ad viſcera corporis naturalia, ex quibus tranſgreſſio fuit, & adducit vnumquodque corporum naturalium ad priorem conditionem, non habens aliquid alienum aut hoſtile Spiritus.] Hactenus ille. Quid deducētis Spiritus diſciplinam eum ſibi ſcopum proponere ait, vt ad pacatā animæ ac corporis in Domino quietem diſcipulum perducat, quod niſi virtutum partis habitibus aſſequi nulli conceditur. Porrò cùm omnes artes atque ſcientiæ certa methodo ac ratione à doctoribus atque opificibus in Academiis vel tabernis tradantur, locus, vbi virtutes veræ addiſcūtur, religionis eſt domicilium, vt ait Caſſia.

Elegāter D. Hiero. *ad Heliod.* Quid facis in paterna domo delicate miles? vbi vallū? vbi foſſa? vbi hyems acta ſub pellibus? ecce de cœlo tuba canit, ecce cum nubibus debellaturus orbē Imperator

arma

armatus, egreditur: que bis acutus gladius, ex Regis ore procedens obuia quæque metit, & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de vmbra egrederis ad solem? corpus assuetum tunicis, loricæ onus non fert, caput opertum linteo, galeam recusat, mollem otio manum, durus exasperat capulus. Audi dictum Regis tui, *Qui non est mecum, contra me est: & qui mecum non colligit, spargit.*] Hactenus Hierony. probè insinuans inter seculi tumultus atque delicias virtutes veras atque Christianas ægrè comparari posse: contrà verò facillimè ab eo qui illi longum valè dixerit.

Non equidem negamus Deum Opt. Max. mortales quosque absolutis virtutum habitibus imbuere velle, nec tãtùm id conari, vt præcepta seruent. & propterea quicquid singulis cuiuscumque ordinis, à prima luce vsque ad Solis occasum accidit, comparandę ac augendæ virtutis materiam diuina sapiẽtia prouidet, vt D. Ioan. Chrysost. sæpe monet, id quod ignorantes, vel nõ cogitantes homines, physicum duntaxat

euentum aut ciuilem actionem ſuperficietenus ſpectant. verùm qui ad religionem efficaciter vocati ſunt, ij ad palæſtram ducuntur, ac viam compendiariam nanciſcuntur virtutum comparandarum ob illa permulta capita quæ tradit S. Baſi. *in Regul. fuſiùs diſputa. Inter. ac Reſſon.* 6. vbi poſt multa hæc ait: Concludendum eſt igitur certaminis curriculum, & progreſſionis ad virtutem facilitatem, & mãdatorum Domini executionem aſsiduam, ac meditationem, fratrum habitationem eſſe vno & eodem in loco, quæ cùm propoſitum ſibi finẽ habeat gloriam Dei, &c.] Porrò quiſnam in ſeculo eſt, qui in id totus incumbat, vt virtutum (quæ paratu ſunt difficiles) clariſsimos habitus ſibi comparet? nihil minus cogitant homines, quàm vt virtutibus coram Deo ſplendeant. Quamobrem excellens valdè mumus in eos confertur, quos Deus deducit ſuper ſemitas iuſtitiæ, in religionis palæſtra. Res vbi oritur ac commoratur, quærenda eſt; vt admonet Seuerinus Boethius *lib.* 2. *de*

conſol.

consol. Quamobrẽ ait Iob *c.* 28. *Habet argentum venarum suarum principia: & auro locus est vbi conflatur. Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore in æs vertitur.* Virtutem conatu ac labore venalem in sacris sodalitiis reperies. Enimuerò decẽ illi homines ex omnibus linguis gẽtiũ apud Vatẽ fimbriã viri Iudęi apprehendentes, dicũt: *Ibimus vobiscũ, audiuimus enim quoniã Deus vobiscũ est. Zach.* 8. Qui verò virtutũ cõparãdarũ studio tenetur, perfecti religiosi vestẽ apprehendat, ac cũ eo sese itineri adiũgat, dicatq; liberè, Audiuimus, ac verum est, quòd apud vos sãcti Spiritus disciplina viget. Enimuerò vbi sunt erectæ vniuersitates studiorum, adolescentibus licet quascumque scientias addiscere, quãdoquidem qui eas prælegunt, viri sunt doctissimi, & quotidie è suggestu auctores interpretantur. Accedit auditor, nec ieiunus recedit, aliquid proculdubio discit, sed quia liber est, & interdum lectiones prætermittit, nec vllus pensũ exigit, segniùs sese gerens non multũ proficit. Alter verò iisdẽ lectionibus interest, sed

ſub priuati pędagogi diſciplina cõſtitutus, nullã diem ſine linea abire ſinit, vagari ac otiari nõ ſinitur, ptiuatis academiis ac diſputationibus exercetur, cõmilitonum ſubtilitate ad impẽſius ſtudiũ ſub magiſtri oculo trahitur, annon doctior priore illo futurus eſt? quis dubitet? talẽ arbitramini religioſi diſciplinã, ſupra tardos vulgaris viri conatus, quippe in eo verſatur puluere, cuius attritu coronæ nitidiores euadũt. Cùm itaq; deductus fuerit ſuper ſemitas iuſtitiæ, vt cum Bernardo loquar *ca. 5. l. de natu. & dignit. amor. diui.* Iam incipit opera ſua intelligere, & affectiones diſcernere, iam ſic afficitur virtutibus, vt ſicut Deo, hoc eſt eſſe, quod bonũ eſſe; ſic iam iuſtæ ac ſanctę animę non aliter ſit eſſe, quã ſanctæ, iuſtę, ac piæ eſſe. ſanctę in ſemetipſas, iuſtę ad omnes, pię ad Deum. Ex augmẽto enim gratię Dei ſic inficit iuſtam animã iuſtus affectus, vt iã in nulla ſui parte vel cogitatuũ vel affectuũ vel actuũ ſciat vel poſsit eſſe niſi iuſta, in toto ſuo, in omni eo quod eſt iuſtitię plenè & indiſſolubiliter affecta.

Nam

Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

AN putamus verba esse religiosi hostem ferè ad pugnam ac certamen prouocantis? dum se pauere neminem, ad nullius occursum trepidaturum, ob diuini Numinis præsentiã qua munitur ac roboratur, profitetur audacter. Et verò terror quidam mortalium mentes inuadit, quoties de virtutibus comparandis cogitant, ac dæmon omnes difficultates ob oculos ponit, vt ab incœpto deterreat, at qui Dei se dextera protegi animaduertit, mox clamat, *Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Saluberrimum dat consilium Ioan. Clima. *in gradu* 1. iis quos Deus in sacro sodalitio deduxit super semitas iustitiæ, huius versiculi affectui valdè consonum. Cum gaudio & metu, inquit, ad egregium istud certa-

men

mẽ accingamur, inimicos noſtros nulla ratione formidantes: intuentur enim illi, etſi non videantur à nobis, animarum noſtrarum vultus. Et ſi illos viderint formidine contrahi vel immutari, contra nos acerbiùs armantur. Intelligunt enim verſatiſſimi timorem noſtrum. magno igitur animo aduersùs illos arma capiamus: contra eum enim qui alacriter pugnat, nullus oppugnando præualet.] In eandem ſententiam S. Iſaac Presbyter *l. de contemptu ſecul. c.* 17. In fortitudine tua incipe omnem bonam operationem, nec in duplicitate animi accedas ad eam, nec hæſites in corde tuo ſuper ſpe, ne labor tuus ſit inutilis, & oneroſa oratio laboris tui, ſed crede in corde tuo, quòd miſericors eſt Dominus, & exquirentibus eum dat gratiam, non ſecundùm operationem noſtram, ſed ſecundùm multitudinem & fidem animarum noſtrarum.] hactenus ille. Non eſt prætereundus D. Baſil. Magnus, qui *in Præf. in ſua Aſcetica*, hæc habet inter cætera. Vbi ille etiam probum ac bonum red-

di te per pericula ſuáſque copias cum aduerſariorum copiis committere decreuerit, hîc tu ita te compara, vt nulli quantũuis magno labori ſuccũbas: neq; terrore periculi vllo animum tuum de ſtatu ſinas dimoueri. Porrò quod in ſingulari certamine ſeruãdum eſſe, qui ea in re ſibi ſapiẽtes videntur, monent, vt ſcamma ingreſſurus ad pugnam, certam victoriæ ſpem animo concipiat, propterea quòd ad victoriam ac triumphum de aduerſario reportandum iſthæc animi ſtabilitas plurimũ conferat, idem in ſpirituali conflictu cum inuiſibili hoſte faciendum eſſe patres omnes ac vitę ſelectioris magiſtri cauẽt, vt propterea mirandũ non ſit noſtrum, quem formamus religioſum, dicere, *Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* & quidem cuius lateri Deus præſtò eſt, is ſibi victoriam polliceri poteſt. quod Achior dux Ethnicus coram Holopherne eiúſque ducibus palàm cõteſtatus eſt. *Iudith.* 4. At omniũ diſertiſſimè Iſaias vates *c.* 8. *Congregamini populi,*

in

inquit, *& vincimini, & audite vniuersa procul terræ, confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini: inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum Deus.* non immeritò igitur ait Religiosus, *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* At dices, Dauid Rex Deum secum esse per reuelationem nouerat, hunc enim Psalmum tunc composuit, cùm à Propheta monitus est sedes mutare; at quomodo religiosus nosse poterit Deum secum esse? id enim perinde esset, ac si de gratia sua certus esset, quod præter reuelationem nullus consequi potest. At Theologi minimè negant, coniecturis aliquot cognosci posse, an quis Deum ex corde diligat, quo planè sensu multa à Patribus dicta interpretamur, quæ prima specie hæreticis fauere videantur. Sic & Beatus Isaac *lib. de contemptu sæculi, capite vigesimosecundo.* Cùm humiliatus fuerit homo, statim circumdat eum misericordia & diuinum auxilium, tunc enim sentit cor, quia inuenerit virtutem

confidentiæ, quæ mouetur in ipſo. Quando homo verè percipit diuinum auxilium præſtari ſibi, ſtatim fide repellitur,& intelligit ex hoc, quoniam oratio,refugium eſt auxilij, & fons ſalutis,& confidentiæ theſaurus, & lumen iis,qui in tenebris ſunt, & portus liberans à tempeſtate, & auxilium in ægritudinis violentia, & clypeus liberationis in prælio,& ſagitta acuta contrà inimicos.] hæc ille.

Sedenim fortitudinis egregium hoc loco argumentum habemus, quo pollent perfecti religioſi. quippe conuerſionis initio dum parentes & amicos Chriſti cruci poſtponant,conſtantiam maximè produnt Leui imitantes, qui, vt in ipſius elogio refert Moſes, *Deuter.c.*33.dixit patri ſuo & matri ſuæ *Neſcio vos*,& fratribus ſuis, *Ignoro vos*,& *neſcierunt filios ſuos*. valde etenim arduũ eſt,naturales ſanguinis affectus ſuperare,vt teſtantur D.Hieronym.*in epitaph. Paulæ*,& D. Iſidor.Peluſ.*l.*1.*epiſt.*57.

Studium verò perdiligens in excolenda caſtitate eximiam præ ſe fert for-

titudi

titudinem, vt Tertull. *l. de velan. virg.* & Ambr. *l.* 1. *de virg.* palàm asserunt, quare ait S. Sixtus III. P. M. Est enim infinita virtus corporis vincere voluptatem: qui hostem vicit, fortior fuit sed altero: qui autem sibi finem repressit, se ipso fortior fuit.] At in perferendis iniuriis ac contumeliis, quàm eximia religiosorum constantia est, multa possent ex Dorotheo & Cassiano exempla afferri, quæ ratio instituti non patitur. Sed infractas animi vires aduersùs dæmonum conatus videre quisquis voluerit, Nili parænesim de oratione, ac Theodoreti Philotheũ legat. Quòd si in redarguendis impiorum sceleribus fortitudine magna opus, præstiterunt & id peregregiè religiosi, qui Regum ac Imperatorum frontem minimè veriti, aperta illis flagitia exprobrarunt. Isaac monachus Valentem Augustum, Nazianzenus Iulianum, Saba Theodorum Augustum, Isidorus Peluſiota Episcopos ac Præsides non paucos, Benedictus Totilam, Columbanus Theodobertum, Iordanus Federicum Anobarbum

barbũ acriter obiurgarunt. At in perferendo cruento martyrio quínam religioſis fortiores, qui perpetuum martyrium ducunt? nam ſi laici virtutum ſtudioſiores & ipſi Martyres quodammodo ſunt, vt Tertullianus *l. de ſpectac. l. c. ...* & Ignatius *ad Smyrnenſes*, teſtantur, quid de perfectis religioſis cenſendum erit, qui, vt ait S. Iſaac *l. de mundi contemp. cap.* 17. ad inuiſibile martyrium vocati ſunt, ad percipiendas ſanctificationis coronas? Martyres certè, ait Athanaſius apud Anton. *in Meliſſa, ſerm.* 43. ſæpe vel vno temporis momento cùm certaſſent, perfectionem aſſecuti ſunt, at monachorum vita ſingulis diebus per Chriſtum certans martyr eſt: in teſtimonium Chriſto dicit, *Non aduersùs ſanguinem & carnem in acie inſtructa: ſed aduersùs Principatus, aduersùs poteſtates, aduersùs mundi dominos & rectores tenebrarum, aduersùs ſpiritualis aſturias vſque ad vltimum ſpiritum* certamen habens, & certat & coronatur armatura Dei induta. Quòd ſi mors ipſa naturalis non paruum metum de-

ceſſu

ceſſuris incutere ſolet, religioſis formidabilis non eſt, iis ſcilicet qui ſtrenuè ſub diſciplina vixerint, vt D. Diadochus ait *c. vlt. l. de ſpiritual. prof.* & D. Ioan. Chryſ. *in Hom. de Regis ac Monach. compar.* ac D. Ephrem *in præceptio. monaſti.* Horum itaque religioſorum priuilegium hîc cenſeatur à timore ſolutum eſſe, qui vehemens eſt perturbatio, vt optimè demonſtrat S. Thom. *1. 2. qu. 44. 3. articul.*

Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

QVid hiſce verbis Dauid inſinuet, cuiuis perſpicuum eſt, nos in ſuſcepto themate perſiſtamus; qualia ſint religioſi ſolatia, ipſe religioſus oſtendit. Nam ſi Regi, qui in ſylua ſolus vageturr, vir iam prouectæ ætatis onus geſtans pretioſum, ſed pergraue, occurreret, illéque homini ad hunc modum prægrauato baculum porrigeret, quo

fulcitus alacriùs iter perageret, & Rege dignum facinus præstiterit, & onusto magnum leuamen attulerit, cur enim onus deponere, ac sarcinam procul abiicere præceperit, quæ illius gestatorem cùm primùm ad vrbem venerit, locupletaturus est, quandoquidem gemmas ingentis pretij continet incluſas? Haud dissimili ratione summum illum Regem Regum religioso sui sodalitij onera gestanti, virgam ac baculum porrigentem magnam animi iucunditatem parere credamus, neque enim illi ieiuniorum, vigiliarum, precum, paupertatis, obedientiæ, ac cæterarum virtutum iugum abiicere, aut arctioris disciplinæ habenas relaxare permiserit, quę omnia vsque ad vrbem sanctam Hierusalem pergenti veram fœlicitatem allatura sunt, quin potiùs vt in gestando onere perseueret, enixiùs persuaserit, suauissima colloquia, dum is graditur, miscens, ac præclaris recreans spõsionibus. Nemo itaque dicat, cur Deus arctiorem vitæ rationem religiosis non remittit,

atque

atque sic magno solatio afficit, sed mauult eos acerbis exercitationum inuentis excruciare, atque excruciatos interiore dulcedine, spiritúsque suauitate reficere. Nobis enim magis necessariũ, ac quæstuosius sit posterius solamen priore, quod sensuum duntaxat appetitiones fouet. Nam & Chirurgi consilium laudamus, qui sectionem curando vulneri necessariam non omittit, tametsi id vulnerati cùm exposceret, præsertim si vnguentis, odoribúsque istis asperitatem sub idem temporis momentum leniat atque demulceat. Certè scribit Tertullianus *ad Martyr.* Atheniensium morem fuisse, vt quodam die festo in falsorum Deorum honorem pueri publicè verberarentur, patre ac matre id spectantibus, cosque hortantibus vt fortiter perferrent, quod ob Numinis gloriam supplicium infligebatur, tantùm abest vt percutientes desistere rogarent. Quid mirum igitur, si Deus religioso sub duriore regula laboranti virgam ac baculum porrigat, non verò vitæ subducat asperitatem,

quippe ad ſui nominis gloriam pertinere id perſpicit, vt pro eius amore quis patiatur, & lucra ſeſe taliter exercenti imminuẽda minimè vult. Rogabis verò qualia ſint ſolatia, quibus religioſus reficitur ac recreatur, loquitur verò de his perſæpe D. Bernardus. Nos verò aliqua recenſebimus breuiter. Poſt diuturnam corporis afflictionem peccatorum expiandorum cauſa ſuſceptam interius gaudium conſequi omnes vno ore aſſerunt. Ioan. Clima. *in grad.* de luctu non ſemel. B. Iſaac *lib. de contemptu ſæcul. cap. 19. versùs finem.* Cùm monachus per lacrymas regionem tranſire promeruerit vitiorum, & peruenerit ad campum munditiæ animæ, tunc occurrit ei eiuſmodi conſolatio, quæ non pertranſitur ab his, qui inueniunt eam, & in iſta occurrit conſolatio, quæ hîc nullatenus inuenitur. & tunc intelligit quam conſolationem ſuſcipit finis luctus, quam Deus per munditiam lugentibus elargitur.] Hactenus ille. Porrò iſthæc ſolatia vocat D. Petrus Dami. *epiſt. 15. de contemp. ſæcul. cap. vlt.*

cœle

cœleſtes dapes. Nos autem illas didicimus epulas, quæ & famelicis ſatietatem aſſolent cum iucunditate tribuere, & tamen ſatietatis neſciunt faſtidium generare. Alterum ſolatium virtutis habitus perfectus parit, quod etiam tradidit Ariſtoteles. Actio etenim ab habitu profecta, voluptate non caret, facultatis inferioris rebellione ſuperata, ac rationis imperio pleno iure ſubiecta, quod etiam animaduertit D. Nemeſi. *lib. de nat. homin. cap.*... Sed & Eccleſiaſticus exhortãs ad ſapientiam capeſſendam, idipſum adſtruit *cap. 6. Inueſtiga illam, & manifeſtabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam: in nouiſſimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.* Sed & ipſa cum Deo Opt. Max. periugem rerum cœleſtium meditationem, conſuetudo non poteſt non eſſe ſuauiſſima. Occupata mens, inquit Thalaſius monachus, *Hecatontade 2. numero 46.* in contemplatione eorum quæ ſunt, ſolidam in eis voluptatem experitur.] At D. Maximus

Oeconomicor. cent. 3. c. 30. Animus qui prætulit virtutem & cognitionem, maluitque animam affectionum praua seruitute liberam esse, ait, *Præpotentes sunt mulieres, & super omnia vincit veritas. 3. Esd. 3.* Mulieres quidem appellans virtutes deificas, ex quibus constat hominibus erga Deũ & in se se vnifica dilectio, quæ rapit omnium animam, tam eorum quæ generationi ac corruptioni sunt obnoxia, quàm superiorum substantiarum intelligibilium, & quadam amoris plena permixtione implicat ipsi Deo, quantum humanæ naturæ conceditur, atque iinpollutam diuinámque parit mysticè conuersationem.

Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me.

NOn sine mysterio Exod. vlt. legimus de Moyse quòd ad Domini visionem, posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septen-

trio

trionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus. Insinuauit enim mensam sacratissimam Eucharistiæ instituendam fore, in eum præsertim finem vt fideles tutum præsidium aduersùs quaslibet ærumnas ac tribulationes per eius purum ac frequentem vsum inuenirent. Propterea scribitur, ad plagam Septentrionalem mensam panum propositionis; qui ex omnium Patrum sententia Sacramenti altaris typus fuêre, positam fuisse, ventus enim ab ea regione flans cùm sit frigidus, haud insulsè tribulationem ob oculos ponit. De hac itaque mensa religiosus loquitur, *Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me.* Quinam verò sint hi, à quibus religiosi tribulentur, satis omnibus constat. Dæmones sanè, qui in selectiorum hominum cœtum crudeliùs sæuiunt, eò enim acriùs in illos insurgunt, quòd se ab ipsis per cunctarum rerum contemptum superatos esse vident, vt ait D. Cyprianus *lib. 1. epistol. 1. ad Donat.* maximo etenim dolore & cruciatu af-

ficiuntur, cùm aliquem nudum, nudũ ſequi Chriſtũ perſpiciunt, teſte D. Fulgentio *epi. 6. ad Manlium Conſulem*, qui vniuerſo terrarum orbe obſtupeſcente, ſpretis Conſularibus faſtibus, ac ſæculi pompa, religioſo ſodalitio ſeſe perpetuò mancipauit. Porrò inuidia ac odio acerbiore dæmones contra religioſos concitati, ipſimet confeſſi ſunt, in colloquio habito cum Pacomio Abbate ſanctiſſimo. & verò in promptu ratio eſt. Quò quis ſtudioſiùs ac ardentiùs Dei gloriam promouere conatur, eò infeſtiorem ſibi experiatur diabolum, neceſſe eſt, qui nihil aliud noctes diéſque molitur, quàm vt diuino nomini per improborum facinora iniuriam faciat. Quapropter facilem in myſterio contra Sacerdotes ciuitatis Nobe crudeliſſimè deſæuiſſe legimus, quos impenſiore ſtudio, quàm cæteri facerent, Dauidi ſibi valdè exoſo ac inuiſo fauere comperit. Verè enim ait D. Antonius Magnus *epiſt. 2. ad Arſenoi.* Filioli, dæmones inuident nobis per omnem horam in ſuo mali-

gno consilio, & persecutione quamplurima, & malitia sua, nec non & spiritibus erroris.] Porrò isthæc tribulantium pugna & incursio iugis est, perdurátque vsque ad animæ exitum, in dies vires accipiens, quod ostendit D. Bernardus *l. de ordin. vitæ.* Addit S. Isaac Presbyter *l. de contemptu mund. c.* 40. alloquens perfectum religiosum. Quantò progrederis in via ciuitatis, hoc tibi sit signum, fortitudo tentationum occurret tibi: & quantò proficis, tantùm tentationes multiplicantur contra te, cùm autem persenseris in anima tua alium gradum excelsum, in occulto recipe, & addita est gratia in statu, in quo stabat. Nam secundũ magnitudinem gratiæ tantum in tribulatione tentationum Deus adducit animam, non ad sæculares tentationes, quæ fiunt ad refrenandam malitiam, & res manifestas, sed tentationes conuenientes monachis.] & paulò pòst: Quoniam non dat Deus magna charismata sine magnis tentationibus. Nam & tentationes secundùm charis-

mata dinumerata ſunt à Deo, iuxta ſapientiam eius, quoniam hi, qui ab eo creati ſunt, non comprehendunt. Igitur à difficilibus tribulationibus contingentibus tibi ex diſpenſatione diuina, comprehendis quantam conſolationem recipit anima tua de magnitudine eius. Nam ſecundùm triſtitiam eſt conſolatio.] Hactenus Iſaac. Ex cuius verbis colligo, religioſorum, & qui ad brauium perfectionis contendunt, & ad maxima chariſmata à Deo vocantur, non paucas fore tribulationes, eáſque cæteris acriores, ſimúlque ipſis à Deo cumulatiorem gratiam communicari ad illas ſuperandas, & propterea Chriſti corpus ac ſanguinem præparaſſe, cuius perceptione roborati more leonum, quod ait Ioan. Chryſoſtomus, in hoſtes inſiliant, certam victoriam reportaturi, ſi fortes in certamine perſtiterint. De robore verò, quod virium noſtrarum imbecillitati cœleſtis iſtius menſæ frequentatio adiicit, non eſt neceſſe plura dicere, quandoquidem experientia

dicto

dicto fidem certissimam facit: nec arbitrandum est, tot Deum præuiis miraculis in manus primùm religiosi, ac in pectus postmodum aduentare, nisi vt arcem suam ipsemet muniat, ac firmissima præsidia aduersùs hostiles incursus in ea collocet. Dicat ergo qui præclarum munus agnoscit, *Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos, qui tribulant me.* Quòd si inter tribulantes animam, corpus recensere placet, non impedio: puto enim D. Antonium Magnum *in superiùs citata epistola*, verum dixisse, dum ait: Verè enim dico vobis, nati mei, quia vas istud, in quo sumus inhabitantes, in perditionem nobis existit, & domus est plena bellis.] Nec immeritò D. Gregorium Nazianz. virum sanctissimum audias non ratò de caruncula conqueri, qui confectus iam senio, tótque laboribus exantlatis, libidinis æstus adhuc in consumpto corpore sentiebat. Reuera quod Philosophi aiunt, materiam primam tametsi à nobilissima forma imbuatur, machinari tamen semper maleficiũ, ac

toti compoſito exitium, idem de corpore humano dixerim, quod tametſi à viro ſanctitate prædito ſapienter regatur, ac per virtutum habitus irascibilis, ac concupiſcibilis in eo ſedem habentes facultates in officio contineantur, animum tamen angit, & ſi periculum creare non poteſt, moleſtiam ſaltem parit.

Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt!

TAmetſi accommodatiore intelligentia præſentem locum exponi poſſe non dubitem, mihi tamen duas prærogatiuas religioſorum hîc inſinuari videtur, nimirum cognitionis plenitudinem, & Diuini amoris charitatiſque exundantiam. & quidem D. Maxim. *cent.* 3. *Oeconomic. nume.* 2. Oleum impinguans animum, inquit, rerum factarum contemplationem in-

telli

telligo quamobrē haud absurdè per caput mēte, ac per oleū, cognitionē sublimiorem, qua religiosus præ cæteris illustratur, accipio, quā etiam indicat irradiās ille fulgor faciei Mosis, post colloquiū cū Deo in monte Oreb.; & Elisæi aperta visio, qua Benadad cōsilia ac machinationes, nec non Angelorum cohortes montem ferè operientes intuebatur, cùm cæteros isthæc omnia laterent. & quidem oleum luminis est nutrimentum, quod Deus à populo mundissimum offerri ad candelabri lucernas concinnandas postulabat. Non ergo dubium est, luce pleniore religiosos perfundi, & de iis meritò dici posse quod Psaltes alibi *Ps.* 88. canit: *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exaltabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.* De hac cognitione loquitur D. Diadochus *l. de perfec. spiritu. c. 67.* Omnia dona, inquit, Dei sūt valdè bona, & omniū bonorum causa, sed nullum ita nostrum cor inflāmat, & illud ad amandū bonitatē eius excitat, vt donū Theologiæ, cū enim sit fœtus

matu

matutinus gratiæ Dei, prima etiam dona largitur animæ, primùm enim facit, vt libenter ac iucundè omnes vitæ huius amicitias contemnamus, vt qui pro cupiditatibus fluxis diuitias verbi Dei maiores, quàm dici potest, habeamus. Deinde mentem nostram igne naturã mutante colluſtrat: vnde consortem miniſtrantium ſpirituũ eam facit. Hác igitur virtutem, fratres chariſſimi, idoneè ad hoc præparati concupiſcamus, quæ pulcherrima est, quæ omnia contemplatur, quæ omni ſolicitudine vacuum facit, quæ fulgore arcani luminis plena est: & mentem verbis Dei alit: & quæ Deo verbo (ne multa dicam) animam rationis participem per ſanctos Prophetas ad inſeparabilem cum eo coniunctionem deſpondit, vt apud homines (ô rem admiratione dignam!) hęc diuina pronuba voces, quibus Deo efficeremur, & Theologiæ ſermones diſertè canerentur, aptaret.] Hactenus ille. Et verò, vt plenioris iſtius luminis riuos expendamus, primo loco fides religioſi ſeſe in rerum diuinarum iugi-

medi-

meditationi exercentis firmior est, & ænigmaticam illam vestem quodammodo deponit, quam expertam se fuisse D. Thomas Aquinas dicere solebat. De hac loquitur diuinus Isaac *l. de contempt. sæcul. ca.* 50. Ex his, inquit, spiritualis scientiæ nomẽ nascitur in ipsius perceptione, & credulitas alia, quæ non est contraria primæ, sed certificans credulitatem illam quæ est, & vocauit eam credulitatem contemplationis, vsque illic est auditus, aspectus verò certior est auditu.]Hinc donorum illorum sancti Spiritus, nimirum scientiæ, intellectus & consilij vberior participatio sequitur, de qua S. Bernardus *l. de natu. d u. amor.* & D. Aug. *l. de serm. Domi. in monte per mul. capi.* Iam verò sacrarum literarum intelligentia facilior ac verior per istius luminis collustrationem religiosis tametsi rudibus communicatur, vt & Patres non pauci obseruant, & inter cæteros ostendit interpretatio plurium locorum sacræ Scripturæ B. Hildegardus Abbatissæ. Quid de discretione spirituum,

quid

quid de Prophetia ac futurorum præsensione, quæ plerisque religiosis communicantur? Ergo iactet sine crimine vir Deo addictus præclarum vberioris luminis donum, *Impinguasti in oleo caput meum.* Sed eius quod sequitur sensus quàm præstans est? *Et calix meus inebrians quàm præclarus est!* De amoris excessu quem perfectiores religiosi patiuntur, déque optanda ista ebrietate multi scripsêre: nos pauca quædam ex B. Isaaco delibabimus *cap. 52. lib. de contemp. sæcul.* Calor Dei, qui fit & incidit in cor renuncianti sæculo, eius ignitio non extinguitur, & est acutior igne. Vel vinum membra subiectans omnibus obliuionem inducit fortitudine sua, & cùm memoria Dei vsum tenet in mente, visibilium memoriam tollit à corde.] Et paulò pòst. Dicitur de Syrene, quòd audiens vocem ipsius modulationis proprij obliuiscitur itineris, & cantus dulcedine captus cadens moritur, sic & res animæ, cùm peruenerit in ipsam dulcedo cœlestis præ modulatione ver-

bum

bum Dei, quæ ſubintrat cum ſenſu intellectu, ſic tota abiit, poſt ipſam vt obliuiſcatur ipſius vitæ temporalis, & deſtruat corpus delectationibus ſuis, & exaltetur ad Deum de vita ſua.] De hoc vino inebriante alibi ſic *c.* 30. Lacrymæ ac percuſſio capitis in oratione, nec non in voluntatem in terra cum feruore expergefaciũt calore dulcedinis ſuæ intus in corde, & cum laudabili mentis exceſſu tranſuolat cor ad Deum, & clamat: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Pſal.* 41. Qui de hoc vino bibit, & poſtea priuatus eſt eo, ipſe ſolus nouit quanta miſeria occupatur, & quid eſt ablatum ab eo propter laxationem ſui.] At amplioris ebrietatis ſigna ſic refert *cap.* 33. Iuxta menſuram ſuperuenientis qualitatis ſibi inconſueta videtur alteratio in eodem, & hæc ſunt ſenſibilia ſigna eius. Fit facies hominis rubicunda, iocunda, corpus eius calefacit, recedunt ab eo timor & verecundia, & fit exceſſiuus, & virtus quę

mentem colit, recedit ab ipso, & fit quasi demens, & terribilem mortem reputat gaudium. Nec cecidit contemplatio eius à cõsideratione cœlestium, & absens tanquam præsens alloquitur non visus ab aliquo. scientia & visio eius naturalis pertransseunt, nec percipit sensualiter motum, quod est in rebus suis, & quasi esset cum aliquo, exercetur. In hac passione inebriati sunt Apostoli & Martyres, & quidam eorũ destruxerunt totum orbem, & laborauerunt, & sustinuerunt opprobria, similiter & Martyres cum eisdem, & in desertis errauerunt, & irregularitatibus compositis, & cùm essent sapientes, deputati sunt dementes: ad hanc dementiam dignetur Deus nos peruenire. Amen.] Hactenus B. Isaac. Ille sanè, quem D. Gregor. Mag. *l.* 3. *Dialogor.* de Syriæ partibus ad Spoletanam vrbem prioribus Gothorum temporibus venisse ait, & cuius Diuinis lucubrationibus placuit paulò fusiùs de ebrietate Diuini amoris quædam hæc attexere, vt dignitatem suam religiosi con-

ſiderent, & perfectionis gradum, ad quem peruenire valent, Diuina prælucente gratia, paulò parentiùs dignoſcant.

Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

SVnt qui ex hoc verſiculo partitionem quandam gratiæ colligant in præuenientem, de qua Pſal. 58. *Miſericordia eius præueniet me*, & ſubſequentem: verùm, vt rectè admonet Rober. Bellar. *l. 1. cap. 3. de grat. & lib. arb.* hæc diuiſio nihil noui adiicit; nàm gratia excitans poteſt dici præueniens, & adiuuans ſubſequens. rurſus gratia operans præuenit, cooperans ſubſequitur. denique omnis gratia prior dici poteſt præueniens, ſi cum poſteriore comparetur, ſubſequens verò quæcumque ſuccedit alteri. Quamobrē ait D. Aug. *l. de nat. & grat. c.* 32. Præuenit vt ſanemur, & ſubſequitur vt ſanati vegetemur; præuenit vt vocemur, &

ſubſe

ſubſequitur vt glorificemur; præuenit vt piè viuamus,& ſubſequitur,vt cum illo ſemper viuamus.] Ita Auguſt. Cæterùm ex præſenti loco colligerem peculiarem prouidentiam ac ſolicitudinem quam Deus habet circa prædeſtinatos,quos miſericordia Dei ſubſequitur,toto ipſorum vitæ curriculo ſubſequitur, quandoquidem & præſeruantur ne cadant,& lapſi ad veram reſipiſcentiam efficaciter vocantur, & donum perſeuerantiæ in bonis operibus accipiunt ex ſumma Dei miſericordia (quandoquidem ſub merito hæc non cadit)ac demum infallibili euentu ſaluantur. Porrò prædeſtinationis valde probabile ſignum eſt, in ſodalitio religioſo conſtans vſque ad mortem perſeuerantia,vbi miſericordia vberiùs ſeſe diffundit.nam&illic rariùs caditur, faciliùs à lapſu ſurgitur, ob tam præclara ac multa omnium virtutum exercitia, quibus anima ad veri boni proſecutionem, Deíque feruentem dilectionem deducitur, quod inter alios teſtatur D. Hieronym. *ad*

Ruſtic.

Ruſtic. & ad Demetriadem virginem. Verba iſta, *& miſericordia eius ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ*, plena ſunt fiducia ac ſpe Chriſtiana, quam parit fides viua honeſtarum actionum, ac pro Chriſti amore laborum exant latorum iucunda inſpectione vallata, tam etiam Deificæ Incarnationis myſterium ob oculos ſæpiùs verſans, vt ait Diuus Maximus *Oecono. centur.* 1. *numer.* 62. Firmam fiduciam ſperandi Deificationem dat humanæ naturæ ipſa per Deum humanitatis aſſumptio, quæ tanta virtute hominem facit eſſe Deum, quanta Deus factus eſt homo. Nam qui ſine peccato factus eſt homo, citra mutationem in diuinitatem naturam Deificabit; tantúmque per ſeipſum illam extollet, quantum ipſe hominis cauſa ſe ipſum demiſit. Quod myſticè docens magnus Apoſtolus ait *Epheſ.* 2. *In ſæculis ſuperuenientibus in nos ſupereminentes diuitias bonitatis Dei eſſe demonſtrandas.*]

Illud

Illud postremò in præsentem versiculum obseruauerim, profiteri nimirum virum religiosum se à Deo nunquam derelinquendum fore, quandoquidem tam multa Diuinæ erga se beneuolentiæ pignora accepit. Non me latet derelictionem quandam spiritus (quam vocant) experiri interdum religiosos, verùm tunc maximè à Dei dextera protegi eos censendum est. nam spiritalium solatiorum subtractio, ac interioris dulcedinis ariditas causa minimè caret. Permittit aliquando, ait D. Didachus *lib. de perfect. spirit. cap.* 85. Deus malitiæ dæmonis eum etiam, qui hos progressus fecit, relicta tunc mente eius sine lumine, ne scilicet potestas voluntatis nostræ liberæ vinculo gratiæ sit prorsus alligata: non solùm quia luctando vincitur peccatum: sed etiam quia debet homo ad spiritualem experientiam proficere: quod enim in eo qui eruditur, perfectum existimatur, si cum diuitiis erudientis Dei comparetur, imperfectum est in magnificentia charitatis, quam eis processu labo-

rum totam quis ſcalam oſtenſam Iacob poſsit aſcendere.] *Gen.* 28. Hactenus D. Didach. qui *cap.* 90. dulcedinis interioris plenitudinem, quam aliquis initio progreſſus ſpiritualis ſenticbat, ob id interdum ſubtrahi affirmat, vt nihil prorſus nos eſſe exiſtimemus; quæ cùm vera ſint nemini dubium eſt religioſum ſpiritus ariditatem patientem minimè deſtitui, quin verò ad eum propiùs Deum accedere, cùm non alio conſilio ad hunc modum probetur, niſi vt altiore perfectionis gradu conſcenſo, ipſemet Deo appropinquet magis. quapropter legimus Ioannem Taulerum eiuſmodi derelictionem mentis in votis habuiſſe illud Iob vſurpans, *Suſpendium elegit anima mea*, ideſt, vti qui in aëre pendet, nec cœlo nec terra participat, ſic ego ſolatia terrena, atque etiam ſpiritualia ob Dei amorem reiicio.

Et vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

QVod Vates enixè à Deo poſtulabat, nimirum vt in templo diutius verſari poſſet, dum Pſal. 27. ait, *Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabiiem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*, id ſe conſequuturum à Domino religioſus ſperat, & cùm ſpes ſit filia deſiderij, vt ait Ariſtot. in Rhetoricis, conſequens eſt, religioſum id ſummopere optare, vt in ſodalitio ſuo extremam diem claudat. Quid enim homini glorioſius accidere poteſt, quâ vt inter eos ſpiritum Deo reddat, quos in certamine ſpirituali partim duces, partim ſtrenuos commilitones habuit? Haud ergo à fratrum conſortio ſe diuelli religioſus æquo animo patiatur, tantum abeſt, vt, animarum præfecturam ſuſcipere tametſi liceat, *ex cap. quod Dei timorem. de ſtat. regul.* vnquam

deſi

desideret, aut cum Principibus spiritualibus, cuiusmodi sunt Cardinales ac Episcopi, commorari, aut in ædibus à cœnobio separatis de maiorum facultate degere, aut peregrinationem aliquam suscipere, quæ Reipub. Christianæ valdè necessaria non sit. Quid? quòd nec ob Episcopatum à sacro cõtubernio abduci velit? nouit enim animantia in alias regiõnes, vbi nasci ac enutriri non solent, transportata aut vires amittere, aut omnino mori: plantas pleraſque fructus ad maturitatem non perducere, ac sæpius arescere, quæ à solo natiuo auulsæ, alia in regione seruntur. & homines non eundem mentis habitum, ac voluntatis propositum retinere in montis fastigio, atque in vallis humilitate. Quamobrem Serapion monachus, tametsi D. Athanasius diceret posse & in Episcopatu vitæ rigorem retineri, in ea tamen sententia persistebat, vt à priore vitæ religiosæ statu discedendum non esse censeret. Memor est religiosus illius pulchræ parabolæ, quam Gedeon Sichimitis

proposuit, mauúltque & vitim, & ficum & oleam imitari, qui ne suauitatem suam desererent, nec locum mutare, nec principatum suscipere vllo modo voluerunt, cuius sanè prudentis deliberationis nec sine diserta commendatione meminit D. Nilus Abbas *in l. Ascetico.* Quisquis verò antithesim bene moratam D. Bernard. *ad Soror. c.....* de sæculi periculis, ac religiosi sodalitij præsidiis attentiùs considerat, is alacriter à Deo in hæc verba postulabit: *Et vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.*

Laus Deo, ac B. Deiparæ Virgini Mariæ.

SANCTORVM ALIQVOT PATRVM OPVSCVLA NONDVM EDITA.

THOMÆ GALLETTI Presbyteri I. C. operâ collecta.

BASILII EPISTOLÆ ALIQVOT, FEDERICO METIO INTERPRETE.

CXIII

Basilius Presbyteris Tharsensibus.

POSTQVAM cum vestro homine sum congressus, magnas habui Deo sancto gratias; qui me & illius præsentia in magnis meis angoribus consolatus est; & vestram charitatem per ipsum perspicuè ostendit. Nam vestrum ferè omnium erga veritatem zelum ex vnius hominis instituto cognoui. Quæ igitur priuatim inter nos loquuti sumus, ea ipse ad vos deferet, quæ autem ex me charitatem vestram

cognoſcere par eſt ; hæc ſunt magna. eſt inclinatio temporis ad Eccleſiarum euerſionem. Atque id iam diu quidem eſt, cùm intelleximus. Ædificatio autem Eccleſiæ, erratorum correctio, erga fratres ſi infirmiores ſint, conſenſus quidam humanitatis plenus; ſin rectè valeant, propugnatio ipſorum ſalutis, planè nulla; ac ne præſidium quidem, quod aut preſentem morbum curare queat, aut impendentem propulſare. Omnino qui ſimilis iam eſt Eccleſiæ ſtatus (vt in ſimilitudine vtar) quamuis vilior videri poſſit, euidenti tamen veteri veſtimento, quod vel leui de cauſa facilè diſcinditur, priſtinam verò ſoliditatem recuperare nullo pacto poteſt. Igitur, vt in tali tempore, magnum ſtudium, magnáque diligentia opus eſt in quibuſdam Eccleſiis iuuandis: iuuabunt autem, ſi quæ nunc diuulſa ſunt, coniungentur: coniungentur, ſi quibus in rebus nullum animabus detrimentum afferimus, voluerimus nos infirmioribus [redacted]commodare, & obſequi. Quoniam igitur

multo

multorum ora se se aduersùs Spiritum sanctum aperuerunt, multorúmque linguæ ad iaciendas in illum blasphemias se acuerunt; optimum factu esse ducimus, vt quantum in vobis est, blasphemorum numerum minuatis, & ad paucos redigatis: atque eos, qui Spiritum sanctum creaturam esse negant, in communionem recipiatis; vt soli relinquantur blasphemi. atque ita vel pudore ad veritatem adducantur, vel, si in peccato maneant, ob paucitatem indigni putentur, quibus fides habeatur. ergo nihil vltrà quæramus; sed fratribus, qui nobiscum inire societatem volunt, fidem, quæ Niceæ sancita est, proponamus; ac si in ea conueniant, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum neque creaturam dici oportere, neque eos, qui dicunt, in communionem ipsis esse recipiendos. nihil aliud est, quod præterea nobis inquirendum censeam. Persuasi enim mihi, si quid etiam est, quo ad ampliorem euidentiam addito opus sit, id frequenti collationi, minimèque con-

tentioſæ inter nos exercitationi daturum eſſe Dominum ; qui ipſum diligentibus omnia cooperatur in bonum.

Iis qui Tharſi ſunt.

QVantum ſit pacis bonum, minimè narrato opus eſt, cum viris ſermonem habenti, qui ſunt filij pacis. Quando igitur hoc ipſum tam ſuſpiciendum bonum, támque omnibus, qui Dominum diligunt, curandum periclitatur iam, ne ad inane quoddam nomen redigatur ; eò quòd cumulata iam ſit iniquitas, & charitas in multis refrixerit ; oportere arbitror in hoc vno ſtudio eos verſari, qui verè, ac germanè ſeruiunt Domino ; vt Eccleſias, quæ multis ex partibus, multíſque modis à ſe mutuò diſceſſæ ſunt, ad concordiam, vnitatémque adducant. quod cum eo ego quoque aggrediar facere ; non eſt, quòd nimiùm ſeduli, atque in aliena negotia ſe intrudentis hominis crimen meritò pertimeſcam.

nihil

nihil enim tam propriũ Christiani est, ac pacem conciliare. quamobrem etiam pro hoc opere maximam nobis mercedem Dominus pollicitus est. ergo cum fratribus congressus, cùm perspexissem, valde quidem fratres ab ipsis diligi, vósque amari; sed multò adhuc magis amari Christum, & exquisitam, atque integram fidei rationem, & vtrumque ipsis magnopere esse cordi; tum à vestra charitate ne segregentur; tum verò vt sanam fidem ne prodant; bonam hanc ipsorum mentem rem amplexatus, scribo ad grauitatem vestram, omni obsecrans charitate, vt illos vobis ex animo coniungatis, omnisque Ecclesiasticæ curæ participes habeatis; quemadmodum illis quoque vicissim spopondi rectam esse vestram mentem, vosque etiam, Dei gratiâ, pro vestro erga veritatem zelo ad omnia subeunda paratos esse, quæcumque pro verbo veritatis subire opus sit. Quæ autem, & vobis, quantum mihi persuadeo, minimè aduersantur, & Patribus, quos

commemoraui, apta ſunt quæ animum expleant ; hæc ſunt : vt fateamini recipi à vobis fidem à Patribus noſtris, qui Niceæ quondam conuenerunt, expoſitam ; nullámque earum, quæ illic, dictionum reiiciatis ; ſed exploratiſſimum habeatis, tercentos decem octo Patres, qui minimè contentionis cupidi conuenerũt, & non ſine Spiritus ſancti acto, & operatione loquutos eſſe ; hoc etiam addentes fidei illi, Spiritum ſanctum minimè dicendum eſſe creaturam, neque cum iis, qui dicunt communicandum ; vt pura ſit Eccleſia Dei, nullum zizanium ſecũ admiſtum habens. hac de re ſi veſtra illis intima dilectio ſatisfecerit, ipſi quoque parati ſunt, eam vobis, quam par eſt, ſubiectionem præſtare. Ego enim pro fratribus ſpondeo, nulla illos in re contradicturos ; ſed maiorem in modum erga vos omnem modeſtiam adhibituros : ſi hoc vnum, quod à vobis expetunt, veſtra ipſis perfectio libenter decerit.

Victori Salutariæ Duci.

AD alium si minus scriberem, meritò fortassis ignauiæ vel obliuionis crimen susciperem. Tui autē qua ratione obliuiisci queā, cuius apud omnes homines celebratur nomē? Quomodo te negligere, qui omnes propè, qui toto orbe sunt, dignitatis celsitudine transcendisti? Verùm perspicua silentij nostri causa est. Veremur molesti esse viro tanto. Sin autem præter reliquam virtutem tuam, illud quoque animum inducas, non solùm missas à nobis literas, verùm etiam prætermissas requirere, ecce & fidenter nunc scribimus, & deinceps scribemus, precantes à Deo sancto, vt tibi compensationem tribuat honoris nobis habiti. Pro Ecclesia autem, adhortationes nostras anteuertisti: Feciſti enim omnia quæcunque nos postulaturi fueramus. Facis autem non in hominum, sed in Dei, qui te honore decorauit, gratiam.

Qui alia quidem in præsenti vita largitus est bona, alia in futuro æuo largietur, pro eo quòd cum veritate iter ipsius ingressus es: cor minimè titubans, in rectitudine fidei, à principio vsque ad finem conseruans.

Eusebio Episcopo Samosatensi.

HOc mihi videtur & scribendi cunctationem afferre, & rursus necessitatem demonstrare. Cùm namque ad meæ apud vos præsentiæ debitum respicio, & congressus vestri vtilitatem reputo, succurrit epistolas admodum despicere, tanquam ne vmbræ quidem ad veritatem explere rationem queant. At dum alia ex parte cogito, vnicum esse solatiũ, cùm maxîma & prima assequi nequeas, salutare virũ tantũ, eique supplicare de more, ne nostri in suis precibus obliuiscatur, occurrit non paruifaciendas esse epistolas. Spem igitur præsentiæ, nec ipse eiicere ex animo velim: nec pietatem

tuam

tuam desperare. Pudet enim me non ita precibus tuis confidere, vt iuuenis ex sene fiam, si res postulet, nedum paulò robustior ex debili penitúsque exili, cuiusmodi nũc sum. Causas autem quare non iam adfuerim, non facile est oratione exponere: non solùm quia præsenti imbecillitate prohibeor, sed etiam quòd eam nunquam dicendi vim habuerim, vt tam varium & omnifarium morbum eloquerer. Verùm à die Paschatis vsque ad hodiernum, febres, & diarrhœæ, & viscerum insultus, me instar fluctuum demergentia, caput non patiuntur attollere. Cuiusmodi autem & quæ essent præsentia, dixerit frater Barachus, etsi non ex veritatis dignitate, sed quantum sufficiat testificandæ dilationis causæ. Mihi autem valde persuasum est, si genuinè nobiscum ores, omnes acerbitates facilè solutum iri.

SANCTI ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini encomium in B. Andream Apoſtolum.

Carolo Fabiano interprete.

MIhi aſpicienti clarum hunc gregem ſancti Spiritus, & hoc verè ſerenum pacatumque pelagus, quod ſagenam iam ſuperat Apoſtolicam, vox illa Dominica in mentem venit hoc modo compellans: *Venite poſt me, & faciam vos piſcatores hominum.* O vocem efficacem! ô ex cuéture que ipſa cognita verba! ô veram promiſſionem, quæ in dies magis magiſque adimpletur! nam cuius eſt, obſecro, hęc tot hominum piſcatio, qui frequentes hîc aſtãt? quis hunc illuſtrem adeò coëgit conuentum? ignorat certè nemo, Andreas nimirum ille illuſtris Apoſtolus, expanſis linguæ ac memoriæ retibus, vt ſa-

cram.

cram hanc impletam nauiculam gubernaculis Apoſtolicis ad cœlum vſque perducat. Quænam ſunt huius piſcationis præcipua? quæve laborum primitiæ? ij nimirum qui virtutibus Sacerdotij conſeſſum exhilarant, atque eos qui foris errauerant, piſcati ſunt ad ſalutem. at quamuis magnus hic Andreas huius celebrationis nobis præbuerit occaſionem, totus tamen chorus concelebratur Apoſtolorum. Quos enim gratia coniunxit, locus non ſeparat: itaque ſi quis coronam pretioſis variiſque diſtinctam lapillis commendare veller, ſi quid cuiuſlibet eius partis laudibus extulerit, totum etiam cómendat vnà cum partibus. vel ſicut aliquis aureum torquẽ aſpiciens, eíque manus admouens, totum etiam commoueat oportet: ſic etiam ea, quæ vel ad vnum Apoſtolorum tendit oratio, propterea nimirum quòd omnes ſe habeant iuxta diui Pauli vocem: *Si gaudet vnum membrum, congaudent omnia membra*: quam enim membrorum harmoniam ita

natu-

natura concinnauit, ſicut chorum Apoſtolorum ſancti Spiritus gratia adaptauit? Vna namque profectò gratia eſt, quæ Apoſtolos Domino conſcripſit milites. Agè ergo, per omnes, & in omnibus ſingulos laudemus. Hic ille eſt Andreas, Latinè fortitudo, cuius eſt ab Apoſtolica fortitudine deductum nomen: qui primus Dominum ſibi præceptorem adſcripſit; qui fuit Apoſtolici comitatus initium; qui erga Dominicum aduentum ſe habuit perſpicaciſſimè; qui Ioannis inſtitutionem cum Chriſti doctrina commutauit; qui fuit Baptiſtæ verborum ſigillum. Erat enim inter Ioannis diſcipulos præſtantiſsimus, lucernæ lumine lucis veritatem exquirens, non ſecus ac ſi quis vix apparentibus radiis ſe ſe ad Chriſti fulgores aſſuefaceret. at verò Ioannes quidem in Iordane fluente citra diſcrimen turbas Iudæorum

interea baptizabat, Moysis præceptis æquiualentem pœnitentiam in aquis instaurans, ac Mosaïci gladij mucronem retundens irrorationibus. Quibus enim mortem legis generabat transgressio, eos Baptista præripiens præmittebat ad pœnitentiam. Cùm enim nondum adesset ille, qui mortem destrueret, mors ea, quæ per Baptismum fiebat, dilatione placabatur, inuita per pœnitentiam humanitatem edocta. Quòd autem adesset quidem Dominus, sed absconditus, atque mortali sub amictu tegens dignitatis fulgorem, erat illud nimirum diuinæ sapientia dispositionis. Qua re cognita Ioannes sit continuò ex institutore satelles, manúve contrahens eum, qui aderat, prædicabat: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*: Hic est, inquit, destructor mortis, interfector peccati: ego verò tanquam sponsi deductor missus sum, nō ipse sponsus vt satelles,

non

non vt Dominus adueni. Hiſce verbis Andreas Apoſtolorum clariſſimus, incitatus, relicto inſtitutore, ad eum, quem inſtitutor prædicabat, confugit; acceptóque curſus diplomate, fit voce Ioannis velocior, & accedens ad Dominum geſtu præſeferebat deſideriũ, ſocium itineris ſecũm ducens Ioannem Euangeliſtam; atque poſthabita lucerna ambo feruntur ad Solem. Andreas ergo Apoſtolorũ prima plantatio, hîc Chriſti diſciplinæ portas aperuit, hîc propheticæ agriculturæ fructus primus vindemiauit, ſpeíque dono præſtans cæteris, primus, eum, quem omnes expectabant, amplectitur: primus veteris inſtituti præcepta conſtituto terminari tempore comprobauit: primus Moyſis linguam cohibuit, ægrè ferens poſt Chriſtum eum iam ampliùs loqui, nõ iniuria inſtitutorem afficiens, ſed cõlens maiori honore colẽdum; primus agnouit, quem ille vaticinabatur: *Prophetam vobis*, ait, *ſuſcitabit Dominus Deus noſter ex fratribus noſtris, ſicut meipſum audietis.*

Refu-

Refugit legem, obsequens legi, audiuit Moysem dicentem: Ipsum audite: audiuit Ioannem clamantem, *Ecce Agnus Dei:* & ad hoc indicium se transfuga proripuit. Cùm autem cognouisset eum Prophetam, qui fuerat prophetia significatus, fratrem manuducit ad eum quem repererat, nescienti Petro thesaurum offendit: Messiam inuenimus, cuius desiderio tenebamur: cuius aduẽtum sperauimus, visione fruamur, inuenimus quem clamant propheticæ tubæ, quémve vt expectaremus præcipiebant; iam tempus attulit, quantum gratia prędicabat, quem vehemens sperauit affectus, cernit iam oculis. inuenit enim, inquit, hic fratrem suum Simonem, & facit eum visionis, tanquam thesauri alicuius, participem, manuducit Petrum ad Dominum. O rem admirandam! Discipulus nondum erat Andreas, & doctor hominum constituitur; docere simul incœpit, & discere, rapit dignitatem Apostolatus: Messiam inuenimus. O quot noctes insomnes, iuxta Iordanis fluenta, nos

duxi

duximus, qui nunc tãdem quem optabamus, inuenimus! Poſt hanc vocem Petrus haud quidem ſegnis fuit, erat enim frater Andreæ, ardentiq́ue deſiderio arrigens aures, ſequebatur. Aſſumens Petrum Andreas, ſiſtit coram Domino, videlicet eum, qui iam erat naturæ, faciens doctrinæ quoque participem. Hoc primum illud Andreæ facinus, numerum auxit Apoſtolorum; adduxit Petrum vt Chriſtus inueniret caput Diſcipulorũ, vt vel in quibus Petrus deinde excelluiſſe reperitur, totius progeſſus ſemina Andreę recepta referantur. Veruntamen horum fratrũ laudum æquilibrium, vtrinque ſit illis mutua retributio: alter enim alterius ſibi propria ducit bona, quibus & mutuò gloriantur. Quantum ergo lætitiæ Petrus attulit vniuerſis, ad interrogationes Dominicas confeſtim reſpondens, atque erubeſcens illud Diſcipulorum ſilentium abrumpens: *Quem me eſſe dicunt homines*? ac non ſecus ac foret ipſe interrogatorum lingua Diſcipulorum, vel omnes in eo loquerẽtur, pro omni-

bus vnus ipſe dicebat, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*; vna voce, & ab ipſis vſque ſæculis præordinatæ noſtræ ſalutis authorem, & ipſam iam tunc præſentem ſalutem graui ſanè ſententia enunciás. O ſibi mirè cohærentia verba! Quibus enim verbis Andreas Petrum erudiebat, ea Pater deſuper inſpirare decreuerat; ille dicebat, *Meſsiam inuénimus*, Petrus excedit dicens, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*: quaſi hæc in mandatis Petro dediſſet. Petre vtitor Andreæ verbis interrogatus, oſtende te ad reſpondendum, Andrea doctore tuo promptiorem. Haud quidem mentitus eſt ille, dicens, *Meſsiam inuenimus*, cuius Hebraicam, in Latinam vocem transferens, exclama: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Cerníſne de quanta Petro communicata doctrina, ipſe ſibi Andreas placeat? Verùm cùm Saluator relictis vrbibus iam circumoberraret eremum, diuerſæ hominum gentes eum comitabantur, ſecunctionem neque ad breue tempus ſuſtinentes; erat

igitur

igitur ſolitudo, erat etiam ciborum penuria, neque vllæ cum ventre eſſe inducíæ poterant. At Saluator eremi nactus occaſionem, excitat antiquum miraculum, atque patratorum quondam in eremo miraculorum, rurſus teſtem producebat eremum, conuiuatores verò proponebat Diſcipulos, ac gentes ad extemporaneas epulas hortabatur. At verò multitudo Diſcipulorum præſentium epularum, quæ nullæ erant, admiratione perculſi, ſeque inuicem intuentes, quidnam futurum eſſet ignorantes, humanis cogitationibus fluctuabant. Ex Diſcipulis ergo alia alius aſſerebat, præſentem indigentiam ſignificantes. Andreas autem tacitè reprehendens eorum, qui aderant, puſillanimitatem, Saluatori præbuit miraculi occaſionem. *Quid enim*, ait, *non ſunt niſi quinque panes, & pauci piſces.* Quid ergo Saluator? *Afferte mihi illos*; eáque ratione, qui humilitatem confeſſus eſt, bonorum affluentiam aſſecutus eſt. Verùm cùm iam tandem onus in terris verſari deſiiſſet, atque

iusto tempore cum Discipulis moratus, ad cœlos efferebatur. Apostoli verò cũ corporibus se adinuicẽ segregauissent, alius aliò gratiæ deflectebat irrigua. Tunc igitur hic Beatus Andreas, cùm iam Græciam omnémque barbaram regionem implesset gratia, atque miraculis gentes ad fidem allexisset, ad verè profundam infidelitatem, in Achaiam, in quam mittebatur. Vbi multis per fidem cœlo priùs adscriptis, crucis pœna damnatur; Christum vel ipsa ratione mortis imitatus, vt nimirum participatione passionis, amoris ostenderet magnitudinem. Crux ergo media in Græcia figebatur, Andreas verò ab ea pendebat, cruce, prædicans Crucifixum, clauisque clauorum fidem faciens, ac denique passione passionem attestans. Nactus autem mortalis huius vitę finem, paulò pòst etiam alterum principium nactus est immortalitatis, mortem comprobans efficaciorem esse doctrinam, propter passionis virtutem. Quibus enim dicendo non persuasit, eos vita cum illata morte com-

muta

mutata placauit. Quóſve non traxit prædicatione, venatus eſt paſſione, cælo terræque diuiſus. At cælum fortitus animo ſpectat cœtus hominum, medelis morborum atque miraculis amãter complectens degentes in terris. Ea ex agricultura præſentes ſpicæ repullularunt, ex illius doctrina fidei floruêre racemi. vos autem pietatis doctores obuiam veniſtis, vos, inquam, cæleſtis regni mercatores, ad eum, qui vel in cælis laudibus celebratur, conueniſtis. Eſt enim Chriſti, per os licèt B. Pauli prolati illud ſacri dictum eloquij: *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

B. IOANNIS CHRYSOSTOMI de nomine cœmeterij, & de veneranda, & viuifica Cruce.

Antonio Agellio Clerico Regulari interprete.

SÆpe mecum ipſe quæſiui, quid cauſę fuerit maioribus noſtris, vt prætermiſſis domibus orationi dicatis, quę in vrbibus eſſent, extra vrbē hodie nos, & hoc potiſſimùm loco, conuentū habendum, Eccleſiáque conuocandá decernerēt: neque enim ſine conſilio, aut temere id feciſſe videntur. Itaq; cū eius rei cauſam quæſiſsē, Dei munere inueni iuſtam eam quidem, & præſenti feſto diei conuenientem. Quid igitur eſt, quæve eius rei cauſa? Crucis memoriā agimus, ille verò crucifixus extra vrbē eſt in Crucem ſublatus, ideóque extra vrbem nos collegit, *Oues enim*, in-

iuit, *pastorem sequuntur*. Vbi Imperator est, ibidem sint milites, & vbi est corpus, ibidem & aquilæ. Atque extra vrbem cur Ecclesia collecta sit, diximus; imò verò hanc ipsam eius rei causam fuisse clariùs de sacris literis ostendamus, ne, quod dictum est, nostræ coniecturæ commentum fuisse, quispiam putet. Paulum vobis testem profero. Quid igitur ille ait? *Quorum sacrificiorum sanguis in Sancta Sanctorum infertur, eorum corpora extra castra cremantur; quamobrem & Iesus, vt sanctificaret populum, extra portam passus est. Exeamus igitur improperium Christi portantes.* Iussit Paulus, vt ad eum exiremus, dicto audientes exiuimus extra vrbem: igitur hac de causa conuenimus. sed cur ad hoc præcipuè, non ad aliud martyriũ? etenim cùm Dei beneficio ex vnoquoque latere, quaquam versùm vrbs nostra Sanctorum reliquiis munita sit, quæ causa maiores nostros impulit, vt in hunc potissimùm locum nos conuenire vellent? Nimirũ hoc loco moruorum corporum iacét multitudo.

Ita

Itaq; cùm hodierno die Ieſus ad mortuos deſcenderit, huc ob eam cauſam conuenimus: quamobrem etiam locus ipſe cœmeterium appellatus, vt diſcas vita functos, & hîc iacentes non eſſe illos extinctos, ſed dormientes cubare: nam ante Chriſti aduentum vitæ huius finis mors vocabatur. *Quacumque*, inquit, *die de ligno comederitis, morte moriemini*, & *mors peccatorum peſsima*, & *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* &, *Mors homini requies.* Neque mors tantummodo, verùm etiam infernus vocabatur. *Aperuit*, inquit, *infernus animam ſuam.* &, *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi. Cùm acceperit me*, itémque Iacob, *& deducetis ſenectutem meam cum dolore ad inferos.* His pridem nominibus obitus noſter indicabatur. At vbi Chriſtus aduenit, non vltrà mors vocatur, ſed ſomnus, atque dormitio. Chriſtus certè dicebat: *Lazarus amicus noſter dormit.* non dixit, eſt mortuus, quamuis eſſet ille mortuus. Atque vt intelligas, ad eam rem inſuetum fuiſſe dor-

mitionis nomen; *Audientes*, inquit, *Discipuli turbati sunt, & dixerunt, Si dormit, saluus erit.* adeò, quid eius dicto significaretur, parum intelligebāt. Paulus item: *Ergo qui dormierunt, in Christo mortui sunt*, aduersùs nonnullos dicēs. itémque alibi, *Nos qui viuimus, non praeueniemus eos, qui dormierunt*, videlicet de mortuis dicebat. & iterum alio loco: *Surge qui dormis*, & vt intelligeres, illum de mortuo dicere, subiunxit, *& resurge à mortuis.* Vides vbique mortem somni appellatione vocari? quapropter etiam hic locus est cœmeterium appellatus. nam ipsum quoque nomen vtile nobis est, & sapientiæ non exiguę plenum. Ergo cùm in hunc locum infers mortuū, ne te ipsum ferias, quando illum non ad mortem, sed ad somnum inferas: satis est vel ipsum nomen ad consolationem calamitatis. aduerte quò inferas, in cœmeterium profectò, & quo tempore inferas, nempe post Christi mortem, iam ipsius mortis neruis excisis. itaque, & à loco, & à tempore magnum percipere consola-

tio

tionis fructum potes, maximéque à nobis hoc aduersùs mulieres dicitur, qui sexus est ad affectus procliuior, & ad mœrorẽ pronior. sed sufficientẽ habet mœroris medicinã ipsum loci nomen. Hæc causa est, cur in hunc locum conueniamus: nã hodie omnes inferni receſſus obambulauit Dominus noster, crucis trophęũ ostentans, hodie portas æreas cõtriuit; hodie vectes ferreos cõfregit. Audi verba diligentiùs, non ait, aperuit portas æreas, sed, contriuit portas æreas, vt ille carcer nulli posthac vsui esset; non abstulit vectes, sed cõfregit, vt custodia infirma redderetur, nã vbi neque portæ vllæ sunt, neque vectes, eò si quis ingressus fuerit, non tenetur. Posteaquam Christus confregit, quis alius reficere possit? quod.n. Dominus Deus peruertit, quis denuo corrigat? Reges certè cùm ad coniectos in vincula liberãdos epistolas mittunt, nõ ita faciunt, sed portas, & custodias relinquunt, quo significant vel dimissos iterum ingredi oportere, vel pro iis alios aliquos. Non ita Christus, qui

vt indicaret morti iam finem adesse, contriuit portas illius æreas. Æreas verò appellauit, nõ quòd essent ex ære fabricatæ, sed eo nomine duritiam indomabilem mortis, ac diaboli rigorem significauit. Æsque autem, ac ferrum rigorem ac duritiam indicare, discès ex eo, quod aduersùs quendam procacem dicitur, *Neruus tuus ferreus, colluque, & frons area*, non quòd reuera, aut neruum ferreum, aut frontem æneam haberet, sed quòd in illa oris duritia impudentia inesset, atque truculentia. Vísne cognoscere, vt ille durus fuerit, ac sæuus, & indomabilis? Tanti temporis spatio nemo illum vnquam flectere potuit, vt aliquem ex his dimitteret, quos tenebat, quoad ille dominus Angelorũ cùm ad ea loca descendisset, per vim coëgit: nam priùs illo forti ligato, tum illius vasa diripuit, itaque subiungit: *Thesauros obscuros aperiam tibi*. Iterùm de inferis sermo est. quid verò est *obscuros*? nimirum inuisibiles, qui non videntur, neque enim id simplex est. sed duplicem sensum

habet.

habet. Sunt namque obſcura loca, ſed ſæpe eiuſmodi quæ lucerna, & lumine illato videri poſſint, illa verò inferorũ regio, denſa caligine, & triſtibus vmbris demerſa, nunquam lucis aliquam partem admiſerat; propterea obſcuros appellat inuiſibiles, quouſque ipſe eò deſcendit Sol iuſtitiæ, & affulſit, & ex inferis cœlum fecit. Vbicunque enim Chriſtus fuerit, ibi cælum eſt. *Theſauros obſcuros.* cur autem Theſauros inferos vocat? Multæ ibi hominum opes erant congeſtæ, vniuerſa ibi hominum natura tenebatur: nam ipſa hominum natura, opes Dei ſunt, ideóque *Diues*, inquit, *in omnes, & ſuper omnes qui inuocant illum.* Vt igitur Imperator vbi latronum principem vrbes incurſantem, & omnia vndique rapinis infeſtantem, ſpeluncis abditum, & eò raptas opes congerentem inuenerit, illum vinctum priùs ſupplicio tradit, tum Theſauros ad regium ærarium defert: ita Chriſtus fecit, cùm latronum principem, & carceris cuſtodem, diabolum, inquam, ac mortem vinxiſ

ſet, opes omnes, genus hominum dico, ad Dominica prõptuaria retulit. Eã ob cauſam clamabat Paulus, *quòd redemerit nos ex poteſtate tenebrarũ, & tranſtulerit in regnum filij dilectionis ſuæ.* & quod mirum ſit, ipſe Rex, & Imperator adfuit. cùm haud vllus vnquam Imperator id facere dignetur, ſed per ſeruos adminiſtros vinctos dimittat. In hac re verò non ita factum eſt, ſed ille ipſe Imperator ad vinctos venit. non à carcere illum, non ab iis qui vincti erant, pudor auertit, neque enim eius illum pudere potuit, quem formarat, & con triuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Inferis adſtitit, fugatiſque cuſtodiis omnibus, capto etiam præfecto carceris, ac vincto, demum ad nos rediit. Tyrannus ille captiuus ducebatur, tenebatur ille fortis ligatus, ipſa mors armis abiectis nuda ad pedes Imperatoris accurrit. Vidiſtíne victoriam admiratione dignam? Vidiſtíne crucis opus inſigne? Accipe aliquid adhuc quod ſit mirabilius. Diſce quomodo ſit parta victoria, vehemen

mentiùs multò miraberis, per quæ enim vicerat diabolus, per eadem Christus illum superauit, nam captis illius armis illum debellauit. Dices quomodo? Audi igitur. Virgo, & lignum, & mors cladis nostræ fuerunt insignia. Nam virgo erat Eua, nondum enim virum norat, lignum arbor illa, mors denique irrogatum Adæ supplicium. Ecce iam è contrario. Virgo, lignũ, & mors, quæ cladis eadẽ & victoriæ insignia fuerũt. Pro Eua, Maria, pro ligno cognoscendi scientiã boni maliq́ue, lignũ Crucis, pro Adami morte, mors Christi. Habes, vt, per quæ ille vicerat, per eadẽ sit victus. In arbore primum Adam diabolus expugnauit, in Cruce Christus diabolum superauit, & lignum illud ad inferos demisit, hoc etiam deiectos inde reuocauit. Rursus lignum illud captiuum nudum occultauit; hoc, victorem nudum de sublimi suffixum omnibus ostendit. Mors præterea illa posteros damnauit, hæc etiam illos, qui mortui antea fuerant, resuscitauit. Quis loquetur potentias

Domini ? per mortem facti ſumus immortales. Hæc ſunt præclara Crucis opera. Didiciſti victoriæ decus, didiciſti etiam victoriæ rationem, diſce præterea quomodo citra laborem, adeò præclarum opus perfectum ſit ; non arma cruentauimus, non in acie ſtetimus, non excepimus vulnera, non vidimus prælium, & victoriæ compotes facti ſumus. Domini noſtri proprium fuit certamen, nos coronam accepimus. Ergo cùm victoria etiam noſtra fuerit, iubilemus, & militum in morem epinicium carmẽ hodie canamus, Dominúmque noſtrum laudantes dicamus : *Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua ? vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Hęc nobis omnia Crux illa ſalutaris pręſtitit, illud de dęmoniis trophęũ, ille aduersùs peccatum enſis, gladius ille, quo Chriſtus ſerpentem perfodit, Crux Dei Patris voluntas, gloria Vnigeniti, ſancti Spiritus exultatio, Angelorũ ornatus, Eccleſiæ firmamentũ, Pauli gloriatio, murus ſanctorũ hominum, lumen orbis terrarũ. Vt enim cùm

domum

domum aliquam tenebræ obtinuerint, ſiquis facem accenderit, & in altum extulerit, expellit tenebras,ſic:cùm vniuerſus orbis terrarum caligine teneretur,Cruce in morem facis accenſa,& in ſublime erecta,Chriſtus omnem caliginem terræ detruſit, & quomodo fax ſuprà in ipſo vertice lumen habet, ita Crux quoque in ſummo vertice Solem iuſtitiæ fulgurantem habebat;hũc orbis, cùm ſuffixum vidiſſet, horruit, terra motibus iactata eſt, diruptæ ſunt petræ, nec tamen Iudaicus ille ſtupor diruptus eſt. Sciſſum eſt velum, neque tamen peruerſa illa Iudæorum conſpiratio diſciſſa. Et cur ſciſſum eſt velum,templum diruptum, cùm Dominum noſtrum cruxifixum vidiſſent? Liceat cuique,inquit,iam Sancta Sanctorum calcare, quid mihi his adhuc opus, cùm talis hoſtia foris oblata ſit? quid mihi veteri Teſtamẽto, quid veteri lege ſit opus,cùm incaſſum,ac fruſtra hos tanti temporis ſpatio erudire conatus ſim? Hoc etiam Propheta clamabat, cùm diceret: *Quare fremuerunt*

gẽtes,& populi meditati ſunt inania? Quomodo meditati ſunt inania? Audierant, *Vt ouis ad occiſionẽ ductus eſt, & vt agnus coram tondente ſe obmutuit*, vt cùm hanc prophetiã tamdiu meditati fuiſſẽt, rem iã præſentem minimè crediderũt. Habes, vt meditati ſint inania, propterea templũ diruptũ eſt, vt futuram poſtea ſolitudinem portenderet. Hunc ipſum Cruci ſuffixũ aſſiduè cogitemus, & ad veſperã occisũ, & immolatum Agnum conſideremus, cũ reuerentia igitur ac verecundia, & religione multa accedamus. An ignoratis Angelos quomodo ad ſepulchrũ adſtiterint? ad ſepulchrũ, inquã, iã corpore carẽs, ad ſepulchrum vacuũ, ſed quia certè corpus Dominicũ vel exceperat, ideo nõ exiguũ honorẽ loco illi tribuebant Angeli; qui noſtrã naturã excellũt, tanta cũ verecundia, ac reuerentia ſepulchro adſtabãt, nos, qui nõ vacuo ſepulchro ſumus adſtaturi, ſed mẽſæ, quæ illũ Agnũ habet, cũ turba, ac tumultu accedimus, & quæ nam detur nobis venia? Neque verò temerè hæc à me dicuntur, cùm pleroſ-

que videam in hac veſpera tumultuare, calmare, vrgere, inuicē inſilire, cōuiciis laceſſere, vt inde ſupplicium ſibi magis, quàm ſaluté cōparét. Hęc me cauſa permouit, vt hāc exhortationē adhiberem. Itaque dū Sacerdos ad menſam adſtat manib us in cælū intentis, & Spiritum ſanctū inuocat, precatúrq; vt adueniat, & oblata propoſita contingat, magnū interim eſt ſilētiū, magna quies, ac modeſtia. Vbi verò Spiritus ille gratiā tribuit, vbi deſcēdit, vbi propoſita contigerit, vbi ouē occisā videris, & paratam, itáne tum deniq; turbas, tumultū, contentionē, conuicia infers? quomodo te poſſe putas hac hoſtia frui, ſi cum tāta perturbatione ad hāc mēsā accedis? An parū eſt quòd peccatis cōmiſſis accedimus, niſi etiā ſub ipſū accedendi tēpus à peccatis abeſſe negligamus, & inuicē mordeamus? Quid properas, frater, quid accurris? cùm ouē occisā vides, dic mihi, ſi per totā noctē hoſtiā hāc intuereris, eſſētne tantæ rei ſatietas, per totū diē, maiorē etiā noctis partē toleraiſti, & tantū laborē exiguo tēporis momēto

abiicis,

abiicis,ac perdis? Conſidera tecum ipſe quid tandem ſit propoſitum, & quæ illius cauſa fuerit. Occiſus eſt pro ſalute tua, occiſus eſt propter te, & tu illum occiſum cùm videas, relinquis? *Vbi fuerit corpus*, inquit, *ibidem & aquilæ*: at nos non vt aquilæ, ſed vt canes accedimus. Tanta noſtra eſt impudentia, tanta contentio. Tecum ipſe reputa, quis tandem ille ſit ſanguis effuſus. Ille nimirum, qui tuorum peccatorũ chirographum deleuit; ſanguis ille, qui purgauit animum; qui maculas abluit; qui virtutes, ac poteſtates palàm triũphauit; *expolians*, inquit, *principatus, & poteſtates traduxit, confidenter triumphans illos in Cruce.* Multa, inquit, illud trophæum habet victotiæ inſignia, multa ibi ſpolia in Cruce de ſublimi pendent, vt enim ſtrenuus Imperator, bello grauiſſimo perfecto, thoracem, ac ſcutum, & arma Tyrãni, ſuperatorũmq; militum in ſublimi trophæo ponit, ad eundem modum etiã Chriſtus, debellato diabolo, arma omnia illius, mortẽ, maledictionẽ, peccatũ, de ſublimi cru-

ce,

ce,tamquam de quodam trophæo ſuſpendit, vt omnes trophæum aſpiciant, illæ ſupremæ virtutes, illæ cæleſtes, homines quoque in terris degentes, ipſi quoque victi improbi dæmones Tanto igitur dono percepto,nos ipſi dignos beneficiis collatis pro viribus præbeamus, vt regni etiam cæleſtis poſſeſſionem conſequamur,gratia, atque benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo Patri, ſimúlque ſancto Spiritui gloria, honor, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Eiuſdem ſermo, *Quomodo Adam animam acceperit, quando formatus eſt,& in Paſsionem Saluatoris noſtri,& de vulnerato eius latere.*

PVlchri ſunt patientiæ labores, ſed lõgè pulchrior fructus ille,qui labores conſequitur.Bonorũ enim laborum

glo

glorioſus eſt fructus, laborũ partus virtutes ſunt, laboribus ieiunij profeſſio abſoluitur, laboribus præclarum illud martyrij certamẽ perficitur, laboribus pręmiũ regnũ cælorũ redditur. Tranſacta nũc eſt nobis inter hos ſacros labores præſtãtiſſima Hebdomas, & prima exercitatio ad finẽ perducta. Dies hodie, fratres, ille dies illuxit, quo die Adã formatus eſt, quo die ad imaginem Dei factus; ſed quia nobis heſterno vocis inſtrumentũ non inſonuit, neceſſe eſt, vt eodem quo Adam formatus eſt die, ſermonẽ de formatione hominis repetamus. Formauit illũ Deus hoc die, iterũ hoc ipſo die à Dei verbo reformatur. ERgo vt propoſitũ, ac promiſsũ argumentum aggrediamur, poſteaquam Deus fecit orbem terrarũ, & exornauit cælũ Sole, & Luna, & aſtris, & poſteaquam terrã ſimili varietate decorauit, fluuiis, ac fontibus præcinctã, floribus, ac plantis coronatam, mare præterea, tamquam interpoſito muro diſiunxit, ac mundo huic vniuerſum hunc decorem circumpoſuit, vt ſæpe iam dixi, fa-

brica

bricatus est mundi quoque huius dominũ tamquam suffragio lectũ, eumq; format, non vt alia formarat, nam quadrupedia, & feras, ac iumẽta verbo solo iubens de terra protulit, Educat terra quadrupeda, serpẽtes, ac feras. Seruilia verbo vocantur: at verò diuinæ imaginis effigies manu fingitur, nõ quòd manus vlla sit Dei, aut eiusmodi mẽbrum, sed cùm vellet rei quæ formabatur, dignitatẽ ostendere, Dei manum fabricãtẽ inducit, infima namq; opera iubẽtes facimus, honestiora in manus sumimus, itaq; sic est in sacris literis: *Et sumpsit Deus puluerem de terra.* Sumpsit puluerẽ non glebam, nõ crassiorem terrã, sed subtilissimum puluerẽ. Vide quonam modo ab ipso statim initio spes resurrectionis confirmata sit, nam quia resoluendus erat in puluerem, vt dictum est, *Et in puluerem mortis deduxisti me*, ne quis in sepulchris puluere conspecto desperet, in ipso hominis opificio fixit spem resurrectionis. Ait ergo: *Sumpsit Deus puluerem de terra.* ibi puluis, & hîc puluis, ille artificis po-

tentia

tentia transformatus est, & hîc sapientia opificis transmutatus. *Sumpsit enim pulueremꝫ & formauit*, vndenam sumpserit, quod etiam formauerit, didicisti: sed quomodo transformauerit, non accepisti. Rem docuit, modum occultauit, vt discas Dei opificium non curiosiùs inquirere. quòd si Dei opificium exquirere non est concessũ, multò minùs Dei generationẽ exquirere, & perueſtigare debes. Deinde quadrupeda animantia cũ faceret Deus, vnà cum corporibus etiam animas indidit, at vbi formauit hominẽ, priùs corporis instrumentum extruxit, postea animam conditã in eo posuit. quid ita? vt etiam hac re dignitatem hominis ostenderet. Nam quia in aliis animantibus, ac iumentis cũ morte soluuntur, simul cum corpore anima interit, indidẽ ortum eorũ fuisse dicit, quò rursus vtrumq; abiturũ erat. At verò cùm formauit hominẽ, corpus è terra sumpsit, animã insufflauit. Hîc verò paulùm mihi operã præstes velim, dum tibi insufflationis rationẽ, vt res dabit, exponam: nam id quoq; ab ipso initio

spem

ſpem reſurrectionis deſcribit. fingit itaque corpus primùm. & primùm homo accepit illam vita carentẽ imaginem, deinde viuentẽ animæ efficaciã. Primũ demonſtratus eſt mortuus, tum viuens. Primũ finxit corpus exanimũ, in quod erat homo deſiturus, deinde abſoluto exanimi corpore characterẽ ſuũ impoſuit: neq; animam ante corpus cõdidit, ne operis efficiendi ſpectatrix adeſſet, noluit animam opificio præſentẽ eſſe, ne gloriari poſſet, quaſi Dei ad fabricãdum opus adiutrix, neq; ſolũ, ne gloriaretur, ſed etiam ne modũ videret, quo id opus fieret. Idipsũ nunc quoq; Deus facit, nam vnumquemq; noſtrũ format in vẽtre, quomodo verò format, nemini videre cõceſſit. concipimur, formamur, natura curſum ſuũ conficit, modũ formationis nemo cõprehendit. O rem miraculi plenã? Conditur templũ in alio templo, formatur infans in vtero, domus in domo conſtruitur, & exterior illa domus minimè rẽ sẽtit. fecit igitur hominẽ ad exanimi primũ imaginẽ, deinde dicit: *Inſufflauit in faciẽ Ada*

ſpira

ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Multi rati ſunt ipſam inſufflationem fuiſſe animam, & ex ipſa Dei eſſentia impertitã animã corpori. Eſt auteé hæc opinio non modò ſtultitiæ, verùm etiam flagitij plena. Nam ſi ex Dei eſſentia eſt anima, non oportuit in hoc quidem eſſe illam ſapiẽtem, in illo ſtultam, & ſtupidã, neque in hoc iuſtam, iniuſtã in alio, cùm Dei eſſentia neq; diſpertiri poſſit, neque mutari, quippe quę ſit immutabilis. *Ego*, inquit, *ſum, & non mutor.* Deinde, fratres mei, nõ modò peccare animas inuenimus, & ob eam rem conuinci, ex diuina eas eſſentia non eſſe; ſed etiam iudicio ſubiectas. Ait enim Saluator noſter; *Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animã verò non poſſunt occidere. Timete autem potiùs eũ, qui poteſt & corpus, & animam perdere in gehennam.* quòd ſi pars illius eſt anima, ſeipſum iudicat Deus. Quid igitur ſignificet inſufflatio, videndum eſt. igitur, inſufflatio in Deo ſancti Spiritus eſt operatio; vt enim Saluator inſufflauit in facies Apoſtolorum, ac dixit,

Accipite Spiritum sanctum: sic insufflationē diuinā humanis verbis audimus, sed vt Deo dignum est, intelligimus Spiritū illum adorandū & sāctū. Hic Spiritus S. adueniens nō ipse factus est anima, sed creauit animā, non ipse mutatus in animam, sed animā cōdidit, opifex est Spiritus sanctus, & opificij tum corporis, tum animę particeps. Pater enim, & Filius, & Spiritus sanctus diuina virtute opus hoc perfecerūt. Neque verò putes partē à Patre collatā, partē à Filio, partē à Spiritu sancto: sed illud dico, quodcumq; Pater facit, idem esse Filij opus, & Spiritus sācti opificium, quodcumque Filius operatus fuerit, Patris item esse, & sancti Spiritus opificium effectum. Quòd si quis non credit, negátq; Spiritum sanctum in nostra creatione participem operis fuisse, is conuincendus erit ex ipsis mysteriis. Si non à Trinitate conditi sumus, quomodo à Trinitate regeneramur? Si non Patri, & Filio, & Spiritui sancto adscribitur creatura, quomodo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti renouatur?

uatur? An verò cùm conditi ſumus, non opus fuit Spiritus? cùm reformamur adſumitur Spiritus? ergo creator eſt Spiritus, velint, nolint inimici. Atteſtatur Dauid Propheta creatrici potentia Spiritus; nam de humana creatura loquens ait: *Omnia à te expectant Domine, vt des illis etiam in tempore, dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.* Hæc effuſam largitionem eius oſtendunt. Deinde quid additur? *Auertente autem te faciem turbabuntur, auferes ſpiritum eorum, & deficient, emittes ſpiritum tuum, & creabuntur.* Ergo creator eſt Spiritus ſanctus, & opifex. ac vide exactam verborum proprietatem, cùm de anima noſtra loquitur, dicit, *Auferes ſpiritum eorum, & deficient. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur*, vbi de Spiritu ſancto ſermo eſt. Quòd ſi ad hanc veritatem adſpicere non audebunt hæretici, aliud rurſus teſtimonium adfulgebit, quod Spiritus ſancti creatricem potentiam prædicet. Nam quòd vniuerſa creatura præſtantius eſt & cœlo, & terra, & ma-

ri,

ri, opus esse sancti Spiritus deprehenditur. Nam sanctissimum illud, & adorandum Christi corpus, quo & cœlum, & terra, & mundus vniuersus renouatur, & salus est orbi terrarum data, opus est sancti Spiritus. Namque sancta illa Virgo cùm de nouo, inauditóque partu annunciato dubitaret, ac diceret: *Quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco?* Angelus ad eam dixit: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Ac nonnulli putarunt Spiritum sanctũ ipsum Spiritum dictum, virtutem verò Altisimi Filium. Sed sciendum, eundem vocatũ esse tum Spiritum sanctum, tum virtutem Altissimi: vt enim Filius virtus Altissimi dicitur, Christus enim Dei virtus, ad eundem modum etiam Spiritus sanctus virtus appellatur. Dicit enim Apostolis Dominus, *Manete in Hierusalem, donec induamini virtute ex alto.* Deinde, fratres mei, Angelus cum Ioseph loquens dixit: *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu*

ſancto eſt. Non dixit, *quod naſcitur*, ne putes diuinam, impollutámque naturá pollui, ſed dixit, *quod natum eſt, ex Spiritu ſancto eſt.* Ergo ſi corpus Chriſti factum eſt à Spiritu ſancto, oſtende quæ ſit inter creationem vnam, atque alteram differentia, ſed vide, ne erubeſcas Patri quidem tribuens terrenam imaginem, Spiritui verò cæleſtem, nam ſi ex tua poſitione cùm Adam creatus eſt, alienus ab eo opificio fuit Spiritus, deprehendetur Patrem quidem, ac Filium creaſſe terrenum hominem, Spiritum verò illum cæleſtem. *Inſufflauit in faciẽ eius, & factus eſt in animam viuẽtem.* Illud præterea diligenter aduerte, cùm formatus eſt, cùm creatus, cùm ſuum characterem accepit, fœmina nondum formata fuerat. Quid verò Deus? vt animam Adæ adeſſe, cùm corpus crearetur, noluit, ſic non permiſit, vt mortalis oculus adeſſet, dum fœmina creabatur. Itaque formaturus fœminam, immiſit ſoporem in Adam, ne adeſſet neque perueſtigaret Dei opificium, & immiſit in eum extaſim, id eſt, ſom-

num,

num, & dormiuit, & accepit vnum de lateribus eius. Qui coniunxit, idem quoque ſoluit, ex iis quæ operatur mutuò ſumit, ex his quæ fecit, accepit. *Accepit vnum de lateribus eius, & ſuppleuit carnem pro eo.* Vndénam ſuppleuit? laborat ex inopia ſermo, ſed Dei virtus inops non eſt. *Et ædificauit latus quod accepit in mulierem.* Quomodo iterũ ędificauit os lateris? quomodo in oculum tranſmutatum eſt? quomodo in manuũ formam effigiatũ? quomodo in neruos extentũ? quomodo in iecur compoſitũ? quomodo in viſcerũ varietatem transfiguratũ? quomodo compacta lingua? quomodo tornata labia? quomodo cælatæ nares? quomodo efflоruerunt crines? vnde exorti vngues? quomodo percucurrit ſanguis? expone iam tuum ipſe opificium: ſin dicere non vales, obſtrue tuam aduersùs Vnigenitum Dei calumniam. *Immiſit in Adam extaſim Deus, & ſopitus eſt: & accipit latus, & fabricatus fœminam.* Aſpice autem ſummam Dei ſapientiam, ab vno format duo, vt à duobus rurſum vnum

per coniunctionem efficiat. Ab Adam eduxit mulierem, ab vno duos fecit: rursus idem à duobus vnum: nam ex mare,& fœmina genitum in vnũ corpus efficitur. Humano sermone dicitur,sed diuina est eius intelligentia.expone quomodo latus ædificatum sit,& non reperies quonam modò illum formarit, illá ædificarit de latere. Formauit Adam de terra,fabricatus est Euam de latere,composuit Caim, & Abel,& exinde omnes homines, de cõiunctione,& sunt hi geniti,ille formatus, illa ædificata. Nomina non sunt eadem, ideóne essentia diuersa? Hæc mihi opportunè dicta sint,quandoquidem hæretici dicunt genitũ,& ingenitum non esse similia,& quàm inter nomina differt,tam res quoque ipsas inter se dissidere. Cedò igitur inter Adam, & eos qui ab eo orti sunt,quid interfit.Adam enim & genitus est,& ingenitus;genitus,quà factus; ingenitus quà minimè ex vtero natus;genitus,quà formatus, sed minimè partu est editus: at mulier neque genita,neque formata est. Re-

pete

pete igitur verba, & ſententiam conſtitue: Adam formatus eſt, non genitus. Mulier ædificata, ſed neque de terra formata, neque ab vtero genita. Caim, & Abel, & cæteri exinde homines neque formati, neque ædificati ſunt, ſed geniti. Ergo quoniam nominum ſignificatio multùm differt, aliud eſt enim formari, aliud ædificari, aliud gigni, oſtende mihi quæ differentia ſit eſſentiæ inter Adam & Euam, & eorum poſteros. Quòd ſi appellationibus diſtinguuntur, non eſſentiæ diſcrimine, quid mirum ſi nomina aſsiduè verſas? prolatione quidem diuerſa ſunt, ſed veritate conſentiunt. Ipſum verò geniti nomen vnde profers? negas Patris, ac Filij appellationem, ſapientior es ſancto Spiritu hoc appellationis commẽto? non maior tibi eſt auctor Deus, nõ ille poterat ſapiens hoc commentum, antequam tu excogitares, inuenire? non dicere poterat, Baptizate illos in nomine ingeniti, & geniti? Sed hæc cum hæreticis pugna, & pro pietate certamen alij tempori reſeruetur, & ad

propoſitum reuertamur. *Immiſit ſomnum in Adam*, & tunc latus accepit. Ergo quoniam ex eo latere tranſgreſſionis occaſio futura erat, & Mulier ipſi Adam mortẽ inuexit, Saluator noſter volens plagæ mederi, lateri latus opponit, & in cruce latus lanceæ obiicit, vt vnde manarat vulnus, inde ſalus oriretur. Exiuit ſanguis, & aqua. intellige myſterium, honora diſpenſatorem, ſpecta miraculum. Nam quia illi Adam poſteaquam ſopitus eſt, latus detractum fuit, non enim à vigilante latus ademit, Saluatori item haud vigilanti latus traiectum, ſed poſt ſomnum corporis latus militi dedit. Aduerte etiam diligenter, cùm Saluator in cruce diuinam illam diſpenſationem impleret, alia quidem paſſus eſt, cùm in carne adhuc eſſet, ac videretur, ídque ex humana conditione. Nam Deum paſſio minimè tangit, Deũ paſsio non dedecorat, Deum paſsio non inquinat, niſi fortè etiam noſtris animis inferiorem eſſe quiſpiam putat; nam ſi noſtris animis pollicetur dicens:

Nolite

Nolite timere ab his qui occidunt corpus, animam verò non possunt occidere, quî fieri potuit, vt ipse passiones corporis subiret? Anima non moritur, & qui condidit animas moritur? Omnia igitur perpessus ex humana dispensatione finem dispensationibus imponit, vt ostenderet potestatem sui arbitram, haud naturæ legibus subiectam, vt dixit in Cruce, *Consummatum est. Pate, in manus tuas commendo spiritum meũ.* Voce naturã soluit, verbo compagem aptauit. Ipse námque est, qui dixit: *Potestatem habeo ponẽdi animam meã, & potestatẽ habeo sumendi eam.* Ergo vbi tradidit spiritũ, cùm iam ex humano habitu mortificatus esset, immò verò mortem sua mortificatione interemisset, milites id parũ credentes propter obitus celeritatẽ, cùm intelligerent supra naturã hominis esse simplici verbo animã tradere accesserunt, vt experimento discerẽt an viueret: cumque eum inuenissent mortuum reuera, corpore, viuentem efficacia, quem vt hominem occiderant, post suppliciũ crucis Filium Dei confitẽtur.

Vbi enim ille miles lancea latus aperuit, exiuit ſanguis & aqua, quod ab exanimi corpore eſt alienum, nũquam enim de mortuo ſanguis manat, at vbi manauit myſticus ille ſanguis, tunc latus illud fontem ſalutis aperuit, vt lateri illi opponeretur, vnde aditus tranſgreſſioni patuit. Tunc Centurio, qui cruci adſtabat, dixit: *Verè Dei filius erat iſte.* viuentem negaſti, & mortuum prædicas? Attende verba hæc diligenter. Vt ipſi Adam ſoporem immiſit Deus, tumque latus abſtraxit, ita cùm Saluator noſter dormitionem ſubiiſſet, vtique ſecundùm corpus, tum ei latus apertum eſt, etenim tunc illi quoque poſt admiſſum ſoporem, itidemque nunc cùm hîc obdormiſſet, milites conſpecto ſanguine Filium Dei prædicauerunt: at hæretici etiam viſis miraculis creaturam dicunt. Quæ verò cauſa fuit, fratres, vt lanceæ latus occurreret? Oportuit, vt in crucis figura omnia ſoluerentur, quæ in Adam contigerant. Nam quia Deus eiecto Adam de paradiſi ſedibus, flammeum

gla

gladium impoſuit, quo prohiberetur in paradiſum intrare, ac gladius ille verſabatur, porro quidquid verſatur, quoad in aliquid reſiſtens offenderit, non deſiſtit. Scitis quod dico, fratres, ab ipſa experientia edocti, quidquid verſatur niſi impingat in aliquod corpus, nunquam à ſuo curſu deſiſtere. Cùm itaque igneo illi gladio nemo poſſet obſiſtere, ideo in diſpenſatione illa crucis, figuræ gladij ſuum latus oppoſuit, vt per corpoream lanceam ſpiritalis ille gladius in latus impingeret, ac deinceps à territatione illa ceſſaret, neque in poſterum paradiſi aditum hominibus intercluderet. Ergo ſtatim atque gladium illum Dominus in ſuum latus admiſit, extemplò paradiſi ianua aperta eſt. de latere medicina manauit illi à latere vulnerato. eiecit illũ pridem à paradiſo, & poſtremò eundẽ in Regnũ introduxit. Caſtigauit, ſed miſeratus eſt. eiecit, ſed non perdidit. auertit, ſed non prorſus expulit. Sed quia tempus poſtulat ſacro miniſterio concedere. Omnia namque poſſibilia Deo ſunt,

itaque noſtræ quoque menti ſuggerere quæ reſtant, & auditoribus reliquam partem exhibere ad integri ſermonis ſupplementum. *Da enim ſapienti occaſionem*, inquit, *& ſapientior erit.* Gratias agamus Deo, qui, cùm vnum paradiſum amiſerimus, innumeros paradiſos per vniuerſum orbem terrarum plantarit. Gratias agamus Deo, qui, còm paradiſum propter præuaricationem perdiderimus, in regnum cælorum vocati ſumus, per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria, ſimul cum ſanctiſsimo, bono, & viuificante Spiritu, nunc, & ſemper, & in ſęcula ſæculorum. Amen.

De Petro, & Elia.

PAuci nobis adſunt hodie, & quænam eius rei cauſa eſt? Memoriam agimus Martyrum, & nullus occurrit? ſed prorſus viæ longitudo illis ignauiam iniecit, immò non viæ longitudo, ſed ignauia ipſos impediuit, vt

enim ſtudioſum hominem, & animo erecto nihil impedire poteſt, ſic ignauum, & ſocordem nihil non impedit. Martyres ſanguinem pro veritate profuderunt, tu ne breuem quidem viam contemnere potes? Illi caput pro Chriſto poſuerunt, tu neque extra Vrbem propter Chriſtum vis occurrere? Ille Dominus propter te mortuus eſt, & te propter illum ſubire laborem piget? Memoria Martyrum celebratur, & tu ignauia diſſolutus es, ac reſupinus iaces? quem aduenire æquum eſſet, & ſpectare victum diabolum, ac Martyrem victorem, gloriámque referentem, & Eccleſiam coronatam. ſed quænam ab illis affertur excuſatio? Peccator ſum, inquit, & occurrere non poſſum; quin propter hoc ipſum, quia peccator es, occurre, vt iuſtus euadas. iuſtus es? occurre ne iuſtitiam amittas. Quis autem hominũ, dic mihi, ſine peccato eſt? at verò propterea ſacrificium offertur, & Eccleſiæ conuẽtus celebratur, propterea preces & ieiunia, nã quia multa

sunt animæ vulnera, ideo sunt etiam remedia eorum inuenta, & ad singula animæ vulnera, medicamentum item aptum est institutum. Habes conuentum Ecclesiæ, sacrificij celebrationem, preces Patrum, Spiritus sancti largitionem, memorias Martyrum, cõgregationem Sanctorum, & eiusmodi plura, quæ te à peccato ad iustitiam reuocent. ad preces Martyrum occurrere neglexisti. quænam tibi venia, obsecro, concedi potest? qui etiã cùm nihil obstet, quod deterrere possit, à communi erga Martyres studio retractus es. sed te cura sæcularis tenuit? Hoc verò adhuc grauius est crimen. Exiguam horam Deo fœnerari non sustinuisti, vt integræ diei mercedẽ acciperes? Peccator sum, inquit, ideo non possum occurrere; quin ob ipsum hoc potiùs, quòd peccator es, debes occurrere. An ignoras, eos ipsos, qui altaribus assident, esse peccatis adfixos? cùm sint carne vestiti & sanguine misti & ossibus ac neruis colligati: immò verò nos ipsi, qui in solio sedemus, & alios doce-

mus,

mus, peccatis implicati ſumus, neque tamẽ de Dei miſericordia deſperamus, neque ſæuitiam illi tribuimus. omnes quippe homines ſumus ex iiſdem elementis compoſiti, neque tamen docendi munus detrectamus, pelagus eius benignitatis intuentes. Vobis quoque ipſis poſt admiſſa peccata ſi conueniatis, non adeò crimini ea res eſt, cùm ſub magiſtro ac doctore ſitis, nos verò, quò ſumus dignitate ſuperiores, eò maiore culpa tenemur. longè enim aliud eſt, eum, qui docetur, errare, & eum, qui doceat, neque propterea tamen officium recuſamus, & humilitatis prætextu nos in ignauiam coniicimus. hoc ipſum enim Dei prouidentia factum eſt, vt ipſi quoque Sacerdotes peccato ſuccumberent, id quale ſit, accipe. Si Doctores ac Sacerdotes minimè peccarent, neque affectibus vitæ huius eſſent obnoxij, aduersùs alios inhumani eſſent, & implacabiles. ob eam igitur cauſam etiam Sacerdotes ipſos Eccleſiæ affectibus ſubiectos eſſe permiſit, vt ex eò quod in ſe

ipsi sentiunt, faciliores ad veniam aliis dandam, fiant. Hac prouidentiæ ratione non hoc modò tempore, sed olim quoque vsus est Deus. itaque quorum fidei Ecclesiam, ac populum commissurus erat, ij vt peccato succumberent, permisit, vt ex suo lapsu humaniores aduersùs cæteros fierent. nam si ipsi nihil peccassent, nunquam peccantibus ignoscerent, sed sæuitia elati omnes de Ecclesiæ campo demessuri fuissent. idque ita esse, non me ductum coniectura dicere, agè, iam propositis exemplis rem spectemus. ita enim vos ad credendum adducemus. Petro Ecclesiæ claues erant committendæ, immò verò etiam claues regni cælorum commissæ sunt. Quid enim illi Dominus dixit? *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum in cælis.* Erat Petrus seuerus & rigidus. Quòd si idem immunis à peccato fuisset, quam veniam, qui sub illo magistro erant, sperare potuissent? Ob id igitur, id egit Dei gra-

tia,

tia, vt in peccatum quoddam incideret, vt ex eo quod ipſe paſſus erat, benignior in alios fieret. Velim autem aduertas, quemnam virum in peccatum incidere permiſerit, Petrum illum talem virum, verticem Apoſtolorum, baſim immobilẽ, petram firmiſſimam, Principem Eccleſiæ, portum inexpugnabilem, turrem ſtabilem. Petrus ille, qui Domino dixerat: *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Petrus, qui diuinæ reuelationis munere veritatem confeſſus dixerat: *Tu es Chriſtus Filius Dei viui.* Is cùm illa nocte, qua Chriſtus ſe ipſum tradidit, veniſſet, & ſtans ad prunas caleſieret, accedénſque puella quædam illi dixiſſet: *Et tu hericum hoc homine eras*, reſpondit: *Neſcio hominem iſtum.* O Petre, nuper dicebas: *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo*, iam negas, & dicis, *Neſcio hominem iſtum?* ô Petre, hoc illud eſt, quod profeſſus eras? nondum tormenta, nondum flagella vidiſti, & ſimplici audito vnius mulierculæ verbo ad negandũ prolaberis? negas Petre? nondũ torquentes machinæ,

non

nondum exacuti gladij, nondum edicta, decretáque ſuſpenſa, non reges cõminantes, nondum carceres, præcipitia, maria, nondum mortis aut interminatio vlla fuerat, aut metus, nihil dum horum malorum aderat, & iam negas noſſe te hominem iſtum. Illa rurſus: *Et tu heri cum homine iſto eras*; ille contrà, *Neſcio hominem iſtum.* Quinam is eſt qui rogat, vt tibi negare neceſſe ſit? nemo, qui alicuius pretij eſſet, ſed mulier, immò verò non quæcunque mulier, ſed oſtiaria abiecta, atque captiua mulierçula nullius pretij rogat, & tu negas? O rem nouam, & admiratione dignam! Puella Petri illius fidem vno temporis momento adorta turbauit. Petrus columna Eccleſiæ ac munimentum, puellæ minas non tulit, ſed vix illa locuta eſt, & ille titubauit. Sermo puellę acceſſit, & columna illa contremuit, ſimul illa vocem emiſit, & ille ſcopulus fluctuauit. Quemnam videras Petre, vt negare neceſſe eſſet? Vilem hanc, atq; contemptam oſtiariam vidiſti, & negas? Nihilominus illa tertiò

rursus *Et tu*, inquit, *heri cum homine isto eras*; & ille nihilominus tertiò negauit: itaque postremò intuitus illum Christus, quę prędicta illi fuerant in memoriam reuocauit. ille recogitans cœpit flere, & peccati sui pœnitentia permoueri, sed tamen clementiss. mus Deus peccatum illi cõdonauit. sciebat enim, illum vt hominem humanæ infirmitati succubuisse. sed, quod paulò antè dixi, ideo Petrus est lapsus, quia eius fidei populus multus committendus erat, ne, si, cum seuerus esset, etiam à peccatis abesset, in fratres implacabilis fieret. Prolapsus igitur est in peccatum, vt suum ipse peccatum, ac Domini benignitatem cogitans, clemens erga conseruos fieret. sic namque ex diuina quadam dispensatione permissum est, vt ille peccaret, cui erat Ecclesię gubernatio credenda. Columna illa Ecclesiarum, fidei portus, Petrus ille magister orbis terrarum vt peccaret, permissum est, vt huius permissio, clementiæ erga alios exhibędę fieret occasio. Quorsum hæc à me dicta sunt? vt ostenderem

nos

nos quoque Sacerdotes, qui in ſolio ſedemus, docemúſque cæteros, eſſe peccatorum vinculis obnoxios. Propterea namque non Angelo, non Archangelo ſacerdotij munus demandatum eſt: ſunt enim illi eiuſmodi, qui peccare non poſſint, ne nimia ſeueritate incitati, ſubitò in peccantes fulmina iacerent; ſed homo ex homine natus ſolium hoc accepit, & ipſe etiam peccato ſubiectus, vt ſi quem peccaſſe deprehenderit, ſuis delictis admonitus, ſit in eum clementior. Nam ſi Sacerdos Angelus eſſet, cùm homo, qui peccaſſet, non peccanti occurreret, illicò eum occideret, cùm is morbo non ſit obnoxius. Si acciperet Angelus adminiſtrãdi ſacerdotij poteſtatem, non ille doceret, ſed ſtatim interficeret, ac propterea quòd ipſe talis non eſt, in iram aduersùs eum, qui talis eſt, exardeſceret. Eã ob cauſam homini hoc munus cõmiſſum eſt, qui ſuorum ſibi delictorum conſcius eſſet, experimentóque ſuo didiciſſet, vt ingredientibus ignoſcat, nõ ira cõmotus Eccleſiam inanem reddat.

Quid

Quid autem vſque ad Petrum ratione perducta cõſiſto,& minutè admodum rẽ colligo? In Petro moror diutius,neque adhuc ad aliam perſonam tranſeo? Agè igitur, in medium proferamus Eliam Prophetam, illum terreſtrem Angelum,cęleſtem hominem,qui,cùm per humũ ingrederetur,cælum claudebat,illũ tricubitalẽ hominẽ, & ad ipsũ vſque cæli fornicem euolantem, illum aquarũ cuſtodẽ,cuius lingua theſaurus erat aquarũ,&clauis cæli;ille pauper,ac diues, ille imperitus ac ſapiẽs: pauper, quia nihil poſſidebat;diues rurſus,quia cæli nubes lingua continebat;etiã ipſe aduersùs peccatores erat inexorabilis, adeò vt precaretur Deum,ne daret pluuias. Quid verò dixit? *Viuit Dominus*, inquit,*ſi erit in terra pluuia niſi per os meũ*, Quid facis Elia, quid pronuntias? ſaltem precare Dominum,& ita ſermonẽ perfice.*Viuit Dominus,ſi erit pluuia ſuper terram niſi per os meum.* Vbi ſunt hæretici, qui Dei Filium precari dicunt. Miſerum te, & infœlicem Elias pronunciat, & filius precatur, ille

ſeruus

ſeruus iubet, & Dominus oret, neque vt Eliæ, ſic illi hunc honorem concedis? non vis idem ius Domino tribuere, quod ſeruo largiris? Elias neque precatur, neque obſecrat, ſed ſtatim atque verbum veritatis emiſit, cælum clauſit, & Eliæ, atque vniuerſæ creaturæ Dominus precibus indiguit. Precare priùs, inquit, ſaltem Eliæ quæſo. Ille verò quid ad hæc? *Exploratum*, inquit, *eſt mihi audiri me à Domino meo, nam idipſum quod facio, à zelo eſt.* O rem nouam, & admirabilem! Dominus amore ſerui victus eſt, nam, quod Elias fecit, id à zelo maximo proficiſcebatur, videbat enim multa ſcelera committi, videbat vitia publicè in ciuitate verſari. nox nimirum orbem terrarum vniuerſum obtinebat, denſiſſima caligo texerat omnia, omnes illidebantur vniuerſi orbis naufragio, non in aquis, ſed in impudicitia, procul abierat tẽperantia, intemperantia triũphabat; virtus pulſa erat, vitium luxuriabat, colles, & montes, & valles, viæ, & cubicula, & ipſe aër inficiebatur.

Quidquid creatum erat, idololatriæ morbo laborabat. Omnes homines in nocte ambulabãt, neq; vllam rationem rerum creatarũ habebant, lapidẽ videbant, & eum tanquã Deũ adorabãt, lignũ intuebantur, & illud similiter Deũ putabant, nox eos densissima tenebat, Creatore deserto creaturas adorabant, Elias solus virtutis lucernam tenebat, & in philosophiæ vertice, tamquam in cacumine montis considebat, & se ipsum excolebat religionis, ac virtutis lucernam tenens, neque aliquem eo lumine iuuabat, quòd illi humi iacerent & idololatriæ iugo detinerentur; æstuabat igitur Elias, dirumpebatur, conquerebatur, verbis agebat, nullus audire sustinebat, postremò maximo zelo incensus illos abducere, atque castigare decreuit, vt hoc modo saltẽ fame confecti ad Creatorem suum precandum conuerterentur, vt fames illis occasio pietatis fieret. Certè, inquit, nulla res eos castigare poterit, nisi fames, vt vel sic vndique arctati ad omnium rerum Creatorem

torem redeant. Quid igitur Elias? *Vivit Dominus*, inquit, *si erit pluuia super terram nisi per os meum.* Vixdum exierat Prophetæ sermo, cùm subitò mutatus est aër, cælum æncum factum, non ipsa natura mutata, sed efficacia coërcita, illico elementa in aliam formam conuersa. Sermo Prophetæ in terræ viscera tanquam febris incubuit, & questigio exarescebant omnia, omnia solitudine, ac vastitate horrebant, illico herbæ siccari visæ, plantæ simul, & arbores tum frugiferæ, tum steriles, tam in campis, quàm propter maria, omnia illico exarescere ille videbat, omnia animantium corpora euanescere: eiulatum puerorum, luctúmque matrum, summam desperationem. Vnum verbum Prophetæ emiserat, & vide quanta perfecerit. omnia igitur moriebantur, bestiæ, pecudes, iumenta, pueri, viri, volucres. commune erat orbis naufragium, clades totam simul terram occupauerat, nulli erat effugium, omnes præ siccitate moriebantur. Plan-

tæ

tæ exarebant, arbores, fontes, fluuij, lacus, omnia, vt ſemel dicam, interibant, vniuerſale naufragium terras obtinebat, non aquarum copia, ſed pluuiarum inopia factum, cælum conſtrictum erat, & cohibitum, naturámque rerum in diuerſum immutauerat, extinctáque omnia ex ira diuinitus immiſſa peribant. Horum nihil Eliæ curæ erat, ebrius enim quodammodo erat ille zelo, omnis igitur immatura ætas interibat. Quid agis Elia? ſit ſanè peccatum à iunioribus, cur pueri plectuntur? homines ætate prouectiores errauerint, cur ſimul pueri moriuntur? tantáne tua eſt inhumanitas, vt de hominibus nihil cures? ſi non vxorem habes, non filium, æquúmne eſt, vt morientes contemnas? quid igitur ad illum Dominus? *Vade*, inquit, *ad fluuium Chorabim, & manda bo corno vt ibi te paſcat.* ſic habent duo libri. Tamen in hoc loco rurſus Iudæos appellans libentiſſimè rogem, vt

oſten

oſtendam ſuas ſanctiones ipſam legem euertiſſe, & ſtabilem non eſſe, neque firmam, nec mirum, cùm vmbra veritas non eſſet, omiſſa eſt in illis figura, in his ipſa res cernitur. Quem tu veneraris Eliam, quem venturum expectas, quem tu maximi facis, & Prophetam vocas, is quonam modo à coruo paſcebatur? nam coruus ex legis præſcripto immundus eſt; ita illa ſanxit, vt impurum eſſe coruum ediceret, quomodo igitur ille Propheta ab immunda alite paſcebatur? nam ſi lex immundum eſſe coruum ſanxit, omnino qui corui miniſterio paſcebatur, immundum fieri neceſſe eſt. Sed non ita res erat: abſit, vt id factum putemus, ſed à coruo cibum ſumebat, quòd nihil impurum à Deo creatum putaret. Inde tempore interiecto, cùm iam ille fluuius exaruiſſet, ad quærendum cibum Prophetam excitat. *Vide*, inquit, *in Sarepta Sidoniæ, & mandabo mulieri viduæ, vt paſcat te ibi.* Quod non ſine prouidentia quadam à Deo gerebatur; nam quia Elias

quid

quid ageretur, ignorabat, cùm in vno loco ſederet, & orbis communem cladem non videret, vt omnia exaruiſſent, vt lacus, fluuij, fontes, vt plãtæ omnes immaturæ ſimul, & maturæ, frugiferæ ſimul, & infructuoſæ, quæ ſecus fontes, quæ prope lacus, alitum, ac pecudum interitum, puerorum exitium, matrum querelas, ac gemitum, communem illam vniuerſi orbis cladem; excitat illum Deus, & immenſum terræ ſpatium peragrare iubet, ex eo nẽpe, in quo erat, loco vſque Sidonem, eo conſilio, vt iis viſis, quæ agerentur, à ſuo Domino pluuiam precibus impetraret. Longum igitur illud iter emetiri iubet, non quòd paſcere ibi non poſſet, ſed vt calamitate ob oculos poſita, ad preces illum pro pluuia faciendas excitaret. Poterat enim Deus dare, etiam ſi id ille non feciſſet, ſed iniuria ſeruum ſuum afficere noluit, ſi tantæ cladis illum eſſe auctorem ſineret, cõtráque bonorum ſibi vni arbitrium reſeruaſſet. expectabat ergo ſerui ſui preces. At ille ne ſic quidem flecteba-

tur,

tur, ſed obſtinato animo iter illud faciebat, ſæuitiam animo gerens, reiq́ue nullius ratione habita, nam, vt paulò antè dixi, quodammodo à zelo ebrius erat. Quid tam obſtinatus es Elia? quid tantam inhumanitatem geris? ſpectadum pauliſper tu quoque peccati obnoxius tenebris propter habitatorum peccata præſentem ſqualorem euocaſti, cælum clauſiſti, terram coërcuiſti, curſúmque naturæ cohibuiſti, & pro tantis malis, quæ acciderunt, ne ſupplicare quidem ſuſtines. haud multò pòſt tu ipſe quoque peccato ſuccubuiſſe deprehenderis, vt à Domino tuo clementiam conſecutus, clementior ipſe quoque in conſeruos fias. Hæc verò mihi cauſa fuit, cur hodie ad hæc commemoranda progrederer, vt oſtenderem ea de cauſa non Angelum Sacerdotem factum, ſed hominem ex homine factum, ne qui peccaſſent, ab iis qui ſine peccato eſſent, interimerentur; nam ſi Angelus eſſet Sacerdos, & à peccatis alienus, de peccatoribus illico ſupplicium ſumeret.

Homo

Homo igitur eſt ob eam cauſam, vt ei qui ſimiliter affectus ſit, ignoſcat, & ſuis affectibus admonitus agnoſcat ſe nihil à ſuæ naturę conſortibus differre. Deinde exempla protulimus, ac docuimus magnos quoque viros, quibus populi cura committenda erat, vt peccato ſuccumberent, & venia data indigerent, fuiſſe permiſſos, vt ipſi quoque poſtea ex eo quòd correcti didiciſſent, clementiores fierent, ac Petrum protuli tantum Apoſtolum, cui, vt in peccatum laberetur, permiſſum eſt, & Dei clementia effectum, vt peccatum per pœnitentiam deleret. Agè, iam ad Eliam reuertamur, doceamúſque eius rerum geſtarú quãta ſit magnitudo, qui etiam Deo ad clementiam propenſo, clementia vti noluit, & cùm pluuiam dare vellet, cupiebat tamẽ ſe à ſeruo rogari. Quid igitur ille? perfecto iam toto itinere peruenit Sarepta Sidoniæ. Viduã quandá conſpicatur ligna colligẽtã, ſed vide Elię ſapientiam, ac fidẽ, rurſus ſummã illius virtutis magnitudinẽ perſpicies. Nõ ille dixit Deo, Ad quem

tu me mittis? tantis me periculis obiicis,& ad viduam me mittis ad extremam famem, an desunt alij ditiores, qui meam inopiam subleuent, tantumne terrarum mihi obeundum fuit, vt ad viduam perueniam, hoc est, ad ipsã calamitatum omnium summam, nec modò viduam, sed etiam inopem Vide vt nihil horum dixerit ille Dei seruus, erat enim suo Domino fretus, qui iis rebus dat exitum, quæ fieri non posse videntur. *Abiit*, inquit, *in Saretta Sidoniæ, & ecce mulier quædam vidua colligens ligna.* Quid igitur? propiúsne accedes Elia? ad viduámne aduolas? iam vidisti ipsa vestibula paupertatis, ne quæras intimos inopiæ recessus, vidisti paupertatis limen, quid intus sit, ne scruteris: quonam pergis Elia? Conspexisti ligna colligentem, & cibum ab ea quęris? tamen Domini sui verbis, tanquam pignoribus acceptis, pergit eò, & cum muliere colloquitur, & ait, *Da mihi paulùm aquæ, vt bibam.* Ac vide Prophetæ sapientiam, vt non statim ad id, quod difficilius

erat,

erat, aggreſſus eſt, ſed ad id, quod vilius habebatur, deſcenderit. Non dixit, Da mihi panem, ſed, Da mihi aquam. Quærendo coniecturam capit, ſi aquæ copiam fecerit, fieri poſſe, vt panis quoque copiam faciat. *Da mihi*, inquit, *paulùm aquæ.* Illa pergens attulit, ille bibit. Ita demum auſus eſt dicere, *Da mihi etiam buccellam panis, & comedam.* Illa rurſus: *Viuit Dominus, ſi eſt mihi placenta, tantùm pugillus farinæ in hydria, & exiguum olei in capſace, & ecce colligo duo ligna, & ingrediar, & faciam illud mihi, & filiis meis, vt comedamus, & moriamur.* Quid Elias ad hæc? *Vade*, inquit, *& fac mihi placentam ſeorſum, & comedam, & poſtea facies filiis tuis, & comedent.* Quid agis Elia? eſtò, panem quæris, quid ſeorſim & in primis quæris? non pro beneficio maximo habendum tibi erat, ſi vel cum illius liberis comederes. ſed ſolus cibum capere vis, & tantam filiorum turbam fame necare? Minimè, inquit, necare volo, ſed beneficio afficere, explorata namque mihi eſt mei

Domini largitas. Tamen illa vidua nihil morata, nihil verita, non cogitauit, quàm abſurda eſſet illa petitio. Non dixit, Tu ille es, qui hanc annonæ inopiam inuexiſti, & ex ipſis inopiæ reliquiis à me nutriri, ac paſci quæris? Non dixit, Tantúmne terrarum ſpatium emenſus es, vt ad me viduam & inopem peruenires? vt filios meos fame conficeres, ipſe præſentis mali autor? Sed tanquam de Abraham ſtirpe genita, domum ingreſſa, Prophetæ verba perfecit. Ac videre licuit viduam hanc longè quàm Abraham hoſpitaliorem, nam ille cùm diues eſſet, excepit Angelos; hæc ex fame mortem expectans, ac metuens excepit Prophetam. Videre licuit in eadem re, naturæ ſenſum negligi, & hoſpitalitatem præferri. Videre licuit ſua viſcera contemni, vt Prophetæ honos haberetur. Vniuerſum filiorum populum ſepulchro dedit, nam quod ad viduæ animum attinet, illi mortui ſunt, quod ad Dei benignitatem, vixerunt, & valuerunt. Equidem hanc viduam

quomodo laudē neſcio. filios illā con tēpſiſſe, & hoſpitalitatē ſecutam fuiſſe, adeò in ea muliebris conditio, non obtorpuiſſe naturā immutatā, nō mollitā fuiſſe, adeò viſcera minimè diſſoluta, cùm videret integrā filiorum turbam fame interiturā, ſed omniū horū metu malorum calcato, Prophetam hoſpitio ſuſcipere decreuiſſe. Vt verò Propheta panem acceptū edit, tum tandem vicē benignitati repēdit. Seminauerat vidua ſementē hoſpitalitatis, & extemplo florētem pietatis ſegetem demeſſuit, nam quid illi dixit Elias? *Viuit Dominus: hydria farinæ non deficiet, & capſaces olei non minuetur.* Atque illa viduæ dextra torcular facta eſt, læua rurſus area manipulis plena, qui in rebus anguſtis fructum ferrent, & vt Prophetæ verborum viduā alerent, in torcular, & aream viduæ domus conuerſa eſt, nulla pluuia interceſſit, nullus imber, non vernum tempus, non autumnus, non æſtas, non æſtus, non viciſſitudines temporum, ſed vnū emiſſum à Propheta verbū, & illud ex eius propria ſentētia prolatum

copiam tantam viduæ ſuppeditauit. Inde, vt ne longius faciam, ad Achab Regem abiit. eius facta præclara ideo commemoro, vt cùm peccantem videris, diſcas quanta diuinæ gratiæ clementia fuerit. Quid igitur Achab illi dixit? *Túne es qui peruertis Iſraël?* at ille: *Minimè*, inquit, *ego, ſed tu, & domus patris tui.* Vides quanta libertate Propheta Regem obiurgauit, deinde cùm ſederet in monte, venit ad eum quinquagenarius, ac dixit: *Homo Dei, deſcende, Rex te vocat*; & ille: *Si ego homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Iterum quinquagenarius alter ait: *Homo Dei, deſcende, Rex tui vſum habet.* Quid ad illum Elias? *Et ſi ego homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Deinde cùm ad conuentionem precum ventum eſſet, & euocaſſet Sacerdotes Baal, & confuſionis, & ad precandum hortatus, dixit illis: *Extruite vos altare ſeorſum, & eligite duos boues, & imponite ligna, ignémque ne imponatis, & ego itidem faciam, & inuocate*

nomen

nomen deorum veſtrorum, & ego nomen Dei mei, & Deus qui exaudierit in igne, is erit Deus verus. Cúmque Sacerdotes confuſionis extruxiſſent altare, & Baal inuocaſſent, ac dixiſſent, *Exaudi nos*, iãque multis precibus factis, nullus eſſet qui exaudiret, neque enim aut vox erat vlla, aut auditus, & Elias illos precantes patienter expectaſſet, vt vidit multo illos temporis ſpatio fatigatos, ac neminem eſſe qui exaudiret, ludens eos, *Inclamate*, inquit, *altiùs, fortaſſe dormit Deus veſter.* Iam verò meridiei cùm hora proceſſiſſet, ait, *Secedite iam, vt ego quoque faciam holocauſtum meum.* Et erecto altari, lignis impoſitis, ait, *Ferte aquam circa altare*, & ait, *Bis tantùm fundite, & fecerunt ter tantùm, & iuſſa expleuerunt.* Sed videndum eſt, cuius rei gratia id fecerit Elias. Solet falſa religio ſuos mores verę religioni tribuere, quod proſtitutæ faciunt, vt ipſæ priùs ingenuas meretrices vocent, ne probrum illæ reliquum habeant, quod è diuerſo iaciant. Tamen Elias in hac quoque

parte calliditate vſus eſt, nam quod dicturus ſum ipſe ſpectaui altaribus idolorum: foramina ſunt ſub altari & ſubter occulta fouea, in quam falſæ religionis artifices vbi deſcenderint, deorſum ſufflando, ignem per illa foramina ad hoſtiam propellunt, ita vt vultus deceptus de cælo veniſſe ignem putet, ne quid igitur eiuſmodi quidpiam Eliam feciſſe ſuſpicari poſſet, ea de cauſa aquam infudit, vt foramina aqua demonſtraret, etenim neceſſe eſt vbi foramen inuenerit, aquam defluere, repleto igitur altari vota fecit non ſiſtere, ſed dixit: *Exaudi me Domine in igne hodie, qui me priùs in aqua exaudiſti, in igne item exaudi.* Vidiſtíne aurigam, ac moderatorem elementorum? Et ecce ipſo clamante, extemplo ignis deſcendit de cælo, & deuorauit hoſtiam, & lapides, & aquam lambens ignis cõſumpſit. Quidnam verò populo dixit: *Comprehendite Sacerdotes confuſionis, nullus ex illis effugiat: & comprehenderunt, & interfecerunt eos quadringentos & quinquaginta*

Sacerdotes Baal. Auditis his rebus geſtis Iezabel, vxor Achab, illico mittit ad Eliam dicens: *Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, ſi non cras ponam animam tuam, vt animam vnius ex illis.* Quid igitur Elias ille talis, tantúſque vir? iam enim ad id quod ſpectabamus peruentũ eſt, vt oſtenderem, illum peccato ſuccubuiſſe. Cùm peccatum dico, non iuſtum virum accuſo, ſed tibi ſalutis occaſionem paro, vt, cùm illos peccaſſe compereris, neque tamen de ſua ſalute deſperaſſe, ſed Dei benignitatem fuiſſe conſecutos. Tu ſicubi peccaueris, multò magis tuam ſalutem ſperes. Ergo cùm dixiſſet Iezabel: *Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, ſi non cras ponam animã tuam, vt vnius ex illis,* audiit hęc Elias, & fugit itinere dierũ quadraginta. Odicti vim maximã! ô formidinem immodicam! Verbo mulieris audito, quadraginta dierum iter fugiendo cõfecit. Non vno die, nõ altero, nõ tertio, ſed vanũ illud mulieris verbum, ad Prophetæ aures accedit, & à formidine quid ageret neſciebat, cũ tanti itineris

fugam capeſſeret. Quid tibi eſt Elia? Tu ille es, qui cælum clauſeras, qui frænis quibuſdam cælum cohibueras, qui aëri imperaueras, ignémque de cælo deduxeras, qui Sacerdotes iugularas, qui Regi Achab dixeras, *Tu es qui peruertis Iſraël, & domus patris tui.* Qui dixeras, *Viuit Dominus, ſi erit pluuia, niſi per os meum*: qui domum viduæ in aream, & manipulos conuerteras, qui elementis imperaueras, verbo audito meretricis fugiſti, & vna te mulier captiuũ ducit, ac duæ munitiſſimæ illæ arces à mulieribus expugnatæ ſunt. Petrus puellam, & hic Iezabel formidantes in peccatum lapſi ſunt. Fugit Elias itinere dierum quadraginta. Vbinam eſt ille zelus tuus Elia? cùm diceres, *Viuit Dominus, ſi erit pluuia in terra, niſi per os meum*, cùm Regem Achab obiurgares, cùm ignem euocares. Tantis miraculis editis, vnius mulieris verbum non tuliſti? Vbi tua illa eſt obſtinata ſentẽtia, cùm Dominum rogare nolles, vt terræ daret pluuiam, nam ille rerum ipſarum augmentis oſtenderat, id vel-

les,& ſe rogares, quamuis dare aquã te inconſulto poſſet, id tamen facere nolebat, vt ſicut malorum auctor fuiſti, ita quoque bonorum ſis arbiter: feciſti enim Elia opus fæuitiæ plenum, Deus contrà cladem illam miſerabatur, nam cùm ſit ille omnium conditor, & opifex, & æquè omnium curator, tuámq; acerbitatem laxare, molliréque vellet; tu tamen in illa permanebas. Dicebat ille: *Scio quanam calamitas acciderit, noui matrum luctum, noui puerorum eiulatus, video terram, quam feci, vaſtari, benignitate vti volo, ſed nolo tibi iniuriam facere, & imbrem te inuito demittere, ne malorum tu culpam ſuſtineas, contráque bonorum tibi gratiæ nullæ debeantur, nam tibi honorem habeo.* O Domini benignitatem in ſeruum beneuolentia victam! adhuc tamẽ illi tãquã à peccatis alieno multũ ſupererat fæuitiæ. Mox verò & ipſe peccato obnoxius deprehendetur, Deo id permittente, & prouidente, vt ex eo quod ipſe conſecutus eſt, humanior, atq; clementior aduersùs alios euaderet, & nõ in inclementia perſiſteret. *Fugit Elias,*

itinere dierum quadraginta; vbi illa sunt verba? Voluit Deus ostendere, etiam cùm edidit illa miracula, non illum, sed Dei virtutem fuisse illorum opificem. quid itaque factum sit, vide. cùm Deus effector aderat, reges cadebant; & principes, & populi, vbi Deus abscessit, ipsa quoque mulier terribilis visa est. Abscessit Deus, & hominis natura victa est, sed tamen postquam fugit Elias dies quadraginta, venit, & iacuit in quodam loco, & venit ad eum Deus, Dominus ad seruum, ille benignus, & clemens; & quid ait? *Quid tibi hîc Elia?* obliquè illius fugam notans. Quamuis ille sciret quam ob causam illuc veniisset, rogat tamen *quid tibi hîc Elias?* ac si dixisset, Cur fugisti? vbi illa est animi libertas? vt discas non tibi ipsi confidere. Quid tibi hîc Elia? Et tamẽ ille respõdet, non cadẽ animo gerẽs, quę verbis proferebat. Quid enim ad hæc Elias? *Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua effoderũt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meã, vt auferant eã.* Quid rursus ad eum Deus? illico

illum

illum coarguit, *Non ea de causa*, inquit, *Elia fugisti, neque enim tu solus Baal.* coarguit eum igitur, nō ob eam causam arripuisse fugam, sed mulieris metu perculsum secessisse. Itaque vna mulier talem, tantumque virum Eliam fugitiuū, ac refugam fecit, vt discas Elia, cùm aliquod miraculi signum facis, non tibi eam rem adscribere, sed Dei potentiæ tribuere. Vidisti, quemadmodum vbi abscessit gratia, victam fuisse naturam. Fugit Elias viam dierum quadraginta. O nimium metū! ô ingentem formidinem! non vno die fugit, non altero, non tertio, sed quadraginta; & ad loca desertis horrentia peruenit, nō cibum habens, non viaticum ferens, metu namq; perculsus nihil de his cogitauit, sed tantummodo deserta loca sequebatur. Verba mulieris ad Prophetam peruenerunt, atque vt Zephyrus vehemens ad velū appulsus, nauim impetu rapit, ita verba mulieris cùm in Prophetam irruissent, impetu maximo illum in desertum eiecerunt. Vbi est, Elia, magna illa dicendi

liber

libertas? vbi os illud tuum formidabile? vbi illa lingua moderatrix elementorum, imbrium, tenua lingua, quæ elementis in vtramque partem imperia dabat, nunc cælum claudens, nunc ignem euocans, & in terras deducens, ſed hæc ille efficiebat, vt proximè dixi, cùm Dei gratia effectrix adeſſet, itaque à Deo coarguitur. Vide, vt in exiguum peccatum labi permiſſus ſit, vt integram humanæ benignitatis veſtem indueret. Poſt hæc iam Elias doctus es imitari Domini tui benignitatem, ex eo quod edoctus es, ex eo quod à Domino tuo didiciſti. Vide, qua de cauſa modò paſſus eſt Deus in exiguam culpam columnas, illas, illas arces, illas turres incidere? ne ipſi à peccatis abeſſent omnes ab Eccleſiæ corpore excideren, vt cùm peccaſſe quempiam viderint, memoria repeterent quid ipſi peccaſſent, eandémque illi benignitatem impertirent, quam ipſi à Domino percepiſſent. Hæc verò diximus, non vt iuſtos viros reprehenderemus, ſed vt viam ſalutis vobis pararemus, vt

cùm

cùm peccaueritis, minimè de veſtra ſalute deſperetis, memores iuſtorum hominum, qui in peccatum lapſi, eſſent per pœnitentiam reuocati, nihil de ſua dignitate perdiderunt. Dicamus ipſi priùs peccata noſtra, & tunc commemoremus ipſorum exiguas culpas. Vos quoque etſi peccatores eſtis, ne conuentum Eccleſiæ refugiatis, ſed inſonet veſtris autibus ſacrarũ literarum lectio, & regni cælorum recordemini, & bonorum illorum memores ſitis, quæ præparauit Deus diligentibus ſe in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

PROCLI ARCHIEPIscopi Constantinopolitani Oratio Panegyrica in sanctum Andream Apostolum.

Carolo Fabiano interprete.

FOrtia Apostolicæ piscationis sunt retia, mirabile est reticulum, quo Andreæ retinetur cõmemoratio, eorũ qui licèt mortui sunt, à morte tamen sunt immunes, sagena corruptioni nõ est obnoxia; gratia nec arte intexti laquei tempore non inueterascunt; licèt enim è vita piscatores migrauerint, neque intellectualium instrumenta piscatorum, neque qua Mundum venantur sagena vetustate absumùtur: non vidẽtur qui trahũt, & impleta sũt retia. Calamum sibi non compararunt, quem tempus corrumpit, nõ laxarunt retem, quam frangit antiquitas, hamum non demiserunt, quem rubigo consumit, non escam, vt pisces fallerent, apposuerunt, super vndis agitatam non consi-

dere

dere petram, nauiculam turbinum incussam terroribus non ascendere, pisces non sunt venati ipsam naturæ videlicet irrationalitatem; verùm quemadmodum ars admirabilis, ita quoque hominum opinionem excedentia, magísque noua sunt instrumenta; etenim loco calami intendunt precationem, loco funiculi fui laxarunt memoriam, loco hami virtutes iniicient, escæ loco apposuêre miracula: piscantur è cœlo, debentes è petra piscari, nauiculã debentes accipere recipiunt altare, pisciũ loco venantur Reges, pro sagena Euangelium extendunt, loco maris vitem peragrant, artis vice vtuntur gratia, irretiunt cruce loco sagenæ. Quis vnquam vidit demortuos piscari, viuosque venatione capi? O magnam Crucifixi potentiam! ô dignitatem diuinam! ô Apostolorum beneficentiam! Nihil in hac vita est, quod Apostolorum gratiæ comparari queat. Multa quidẽ vidit humana vita mirãda, quęque hominum captũ excedunt. Vidit iam effusum clamare sanguinẽ, & sine

lingua clamitare necem, segregatam naturam inuidia, terram pollutam audacia, à fratricida cognatum impulsum ad mortem, odióque mortis expensam ianuam, Vidit naufragantem arcam, in qua tanquam in vtero claudebatur natura. Vidit senem propter fidem contra sui ipsius viscera parantem arma. Vidit nondum necatum in sacrificium offerri, eúmque oblatum, qui nondum morte erat affectus. Latius cœlo vidit tugurium & tabernaculum capere Deum. Vidit matrem edocentem furari benedictiones, luctámque creatoris & serui. Vidit inter fratres propagatã audaciam, seruitutemque Imperij fuisse causam. Vidit somnia, quæ solium præparauêre, famémque quæ traxit insidiatores. Vidit rubrum igne refrigeratum, virgámque miraculorum parentem. Vidit transmigratas vndas, circumfusumque splendore maris profundum. Vidit constratas vias ex tempore, nubísve columna conductam innumerabilem gentem. Vidit virgam non affixam terræ mittentem germi-

na, & cælum inſtar panis emittentem manna. Vidit legiſlatorem elementis imperantem, literamque maledictione fluentem. Vidit cælum verbo conſtrictum, ſterilémque precibus ex vtero proferentem Prophetam. Vidit farinæ pugillum regiis ditiorem horreis, & olei vaſculum ipſis copioſius fontibus. Vidit igneo curru deportatum Prophetam, & mortui oſſa reſtituere vitam aliis. Multa præterea miranda vidit humana vita: verùm ea velut vmbra, & fœnum tranſierunt, & velut lucerna extincta ſunt: orto enim Sole effugit vmbra. Nihil vnquam tale fuit in hac vita quales Apoſtoli: Deo Verbo ſeruiêre, palpauêre eum, qui nulla vnquam eſt figura affectus, eum, qui vbique exiſtit, ſequuti ſunt ambulantem, eius audiuêre vocem, qui verbo cuncta creauit: venati ſunt lingua mundum, verbo terminos terræ circumiêre; euulſêre fraudem quaſi zizanium, metiêre vt ſpinas aras, inortua reddidêre idola vt beſtias, coniecêre vt lupos in fugam dæmones, congregauêre Eccle-

ſiam

siá,vt gregẽ, collegêre orthodoxos vt frumẽtum,dispersêre hæreses vt paleã, exiccauêre Iudaismum vt herbam, cõbussêre Gentilitatem vt syluam, cruce arauêre terram,verbum quasi frumentum disseminauêre, omnia quasi astra lucem ferentia illustrauêre, quare ad ipsos clamabat Dominus, *Vos estis lux mundi*. Oriens est vobis Virgineus partus, diluculum baptismatis est vterus, splendor ipsius Crucifixi gratia, radij sunt admirabilis linguæ, dies futurum est sæculum, meridies crucis est hora, occidens sepulchri est habitatio, vespera mors est temporanea, fulgor è mortuis est resurrectio. *Vos estis lux mundi*: stellas aspicite, & præ splendore stupeatis; ideoque Andreas hodie cùm quasi lucis thesaurum inuenerit communem Dominum, clamabat ad fratrem, *Messiam inuenimus*. O fraterni amoris excessum! ô ordinis conuersionem! secundus à Petro in vitam prosiliit, & Petrum primus ad Euangelium venatus est. *Inuenimus*, inquit; hæc dixit præ gaudio,

splendi

ſplendida inuentionis ſunt nuncia; *theſaurum*, inquit, *inuenimus*. Fuge Petre circumciſionis inopiam, viles legis veſtes exuere, literæ abiice iugum, quaſi parua, quaſíve ſomnia omnia abnega, quaſi vile caſtellum Bethſaidam, reticulum quaſi paupertatis inſtrumentum, nauigium quaſi nauigationis thalamum, altaris quaſi matrem ipſam artem, terram ipſam quaſi turbinis pelagus, quaſi ventris emporium ipſum mundum, templum ipſum quaſi latronum ſpeluncam, Prophetarum ſepulcra Hieruſalem, quaſi contra deum rabiente gentem, Caiphã denique quaſi praui conſilij patrem. Inuenimus Meſſiam, quem prænunciauêre Prophetæ, quem lex ſuo denũciauit præconio; inuenimus legis theſaurum. Fuge literæ peſtem; inuenimus enim Meſſiam, quem quaſi vmbram ſigna præfigurarunt, quem Iſaias vidit in throno ſedẽtem, quẽ ſuper animalibus vidit Ezechiel, quem ſupra nubes vidit Daniel, quẽ in camino Nabucdonoſor conſpexit, quem in tabernaculo recepit

Abraham, cuius Moſes poſteriora vidit in monte; hunc inuenimus abſque principio genitum, & extremis manifeſtatum temporibus. Inuenimus theſaurum, cuius abundantia eſt inexhauſta, permanentéſque diuitiæ, cuius operatio principio caret, cuiúſque eſt recens inuentio. Meſſiam inuenimus, quod eſt interpretatum Chriſtus. Plerique quidem Chriſti vel vncti fuêre. Verùm omnes morti fuerunt obnoxij; Abraham fuit vnctus, verùm eſt in ſepulcro diſſolutus; Iſaac etiam vnctus, verùm exitij fuit eſca; Moſes & ipſe vnctus, verùm neque vbinam ſit ſepultus nouimus; Dauid fuit vnctus, verùm vt cæteri, ipſe quoque morti fuit obnoxius, omnéſque mortis fuêre ſpolia; omnes quidem fuerunt vncti, verùm omnes fuêre captiui. Ecce Chriſtus, qui natura eſt Deus, & miſericordia eſt homo, qui Virginis vterum in partu quoque ſeruauit intactum, quique quaſi ſalutis fontes piſcatores demonſtrauit. Cui gloria & potentia in ſæcula ſæculorum, Amen.

SAN

SANCTI PATRIS nostri Eusebij Episcopi Oratio de commemoratione Sanctorum.

Carolo Fabiano interprete.

QVadam die Sanctorum in Vrbe commemorationes celebrabantur, cùm accedens Alexander ad Eusebium Episcopum dixit: Venerande Pater, dicas mihi, obsecro, qui Sanctorum commemorationes celebrant, quonam sunt in ordine, in quáve gloria, & quánam mercedem accipiunt à Saluatore? existimo enim ego eos nobis non egere; cùm iam existant in regno Dei. Ecce Beatus Eusebius respondens dixit: Ipsi non egent nobis, in gloria vitam suam traducentes, quin potiùs eorum bonis nobis est opus; ea namque bona sempiterna & inexhausta sunt, eorúmque lumen, vt ait Scriptura, lu

ra, lumen iuſtorum in æternum; noſtra verò bona temporanea ſunt, & ad exiguum tempus durantia, & lumen hoc præterit. Propterea iuſſi ſumus Sanctorum commemorationes precibus & hymnis celebrare, vt illi excipientes laudes, & audientes encomia, exorent clementiſſimum Deum noſtrum, vt acceptet noſtras temporaneas preces. Oportet ergo eos, qui Sanctorum commemorationes celebrant, maximo celebrare ſtudio, & pietate quàm maxima. Et quotquot receperit ad prandium, eos ſcilicet, qui ſibi occurrerint, cogere eos oportet, prandentes ipſos Martyres eſſe conſiderans; neque de hoc dubites; verè enim ipſi Martyres ad eorum accedunt prandium, qui ſtudiosè, puréque Sanctorum commemorationes concelebrant, ſicut dixit Saluator, *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*; & alibi, *Qui vos recipit, me recipit*. Si igitur qui pauperes recipit, Chriſtum ſe omnino recipere ſignificat, & qui in nomine Martyrum ali-

quos

quos recipit, manifestum est se Martyres ipsos recipere, & partem habet cum Sanctis, sicut dixit Dominus, *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem accipiet.* Si quis igitur Martyrum est studiosus, & Sanctorum persoluit commemorationes, sic debet persoluere. Ante omnia debet habere charitatẽ, & in illa die omnem inimicitiam soluere debet, vt acceptabilis fiat suæ orationis oblatio: si enim magnum laborem subeat, & multa consumat, odium verò inimicorum nó soluat, inutilis eius est labor. *Et si offeras munus tuum in altari*, vt ait Dominus, *& recordatus ibi fueris quòd frater tuus habet aliquid contra te, vade primùm conciliare fratri tuo, tunc autem veniens offeres munus tuum.* Vidisti quòd si cõciliaueris te fratri tuo, & deposueris odium, non permittit Dominus, vt offeras munus tuum. Magno est rea iudicio anima ea, quæ iniuriarũ est memor: vbi enim est charitas, ibi tanquã in proprio domicilio est Deus, & mansionẽ apud ipsũ facit, qui enim nõ operatur in charitate, nihil illius est accepta-

bile: etenim qui diligit fratrem ſuum, vidit Deum, hoc igitur pacto Sanctorum commemorationes perſoluere debet qui eas peragit, ſi velit à Domino mercedem accipere. Ipſi quoque, qui ad celebritates Sanctorum accedunt, debent omni ſtudio longitudinem noctis non ſine aliquo ſpirituali exercitio tranſigere. Nullus igitur negligēter ſe habeat, ne abſq; mercede labor ſuus intereat; pleroſque autem noui ad celebritates Sanctorum accedere, vt peccent magis, & ita recedere; accedunt namque non ad fundēdas Deo preces, ſed ad voluptatem aliquam aſſequendam, quidam enim primos accubitus, ſublimēſque locos quęrunt, & turbas, contentiones, & moleſtias excitāt: alij ſedentes obturant tamquā aſpides aures ſuas, neque ſcripturam, neque pſalmodiam audiunt, neque preces: verùm linguas acuunt, quaſi ſerpentes, & à garrulitate non deſiſtunt, huc illuc oculos agitantes, ridentes, & proximū ſcommatibus illudentes, in his vigilāt, & illis occupantur; quandoque etiam

vincuntur ſomno, ſtatímque decedũt, ſeſéque ſomno dedunt, iacéntque vt mortui, donec dies illuceſcat: cùm autẽ excitantur, incipiunt theatra; obſtrepunt aduersùs eos, qui in orationibus permanere volunt, & occupantur in perditione; faciunt enim palæſtras, & plauſus, donec Sacerdos offerat ſupplicationes pro populo, corpúſque Domini noſtri Ieſu Chriſti pro mundi ſalute. Vel luctam ludentibus; ſic enim ludebant Iſraëlitę, & aduenit ſuper eos pernicies; Moſe enim ſupra montem exorante Deum pro populo, populus poſtquam comedit, & bibit, ſurrexit ad ludẽdum, & aduenit ſuper eos ira, ceciderúntque mortui vna die viginti tria milliaria. Quid ergo, dic mihi obſecro, acceſſiſti, ô homo, vt mala tua minuas, vel vt augeas, vt precareris, vel vt lucteris? accedis amicus proximi, & inimicus decedis? iuſtius eſt igitur te cum proximo inimicitiã exercentem eam deponere cùm accedis ad Eccleſiam, & Dominum pacatum reddere, nunc verò amicus acceſſiſti, &

& inimicus discessisti? Nullum est malũ inter te & ipsum, non nũmi, non hæreditas, neque bonorum partitio, nihil habentes commune, sed in charitate viuentes ad inutilẽ palæstram, vel luctam inimicos inuicem faciunt: cũ charitate adueniunt, & maximo odio recedũt, O pernicioſum odium! Vis tibi dicã luctæ lucrũ? ſanguinis effuſio, mẽbrorũ effractio, corporũ inciſio, &, quod ſummũ eſt, animæ deperditio. Si igitur lucta lucrũ nullũ habet, ſed potiùs damnum, quare de te malũ nõ excidis, atque ſtudiosè orationi nõ incumbis? & proſternis te ante ſanctos Martyres, vt pro te intercedant coram clementiſſimo Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, & chirographũ peccatorũ tuorũ deleant? Vnuſquiſque igitur ad celebritates Sanctorũ accedẽs opus ſuum ſummo exequatur ſtudio, ne ſine mercede decedat: nullus nãque coronatur, niſi legitimè certauerit, nullus mercedem recipit, niſi opus perfectũ demonſtrauerit. Sacerdos pro populo ex toto corde preces effundas, vigilans ſias, neque te ipſum ſomno de-

das;

das; *Vigilate* enim dixit Dominus, *& orate*: ne dormi: es, vt intellectuales oues non perdas: etenim quãdo lupus paſtorẽ viderit dormientẽ, ſtatim ſubingreditur gregem: ne dormias, vt non amittas coronam gratiæ, verùm ſummo ſtudio gregem tuum cuſtodi, garruli os comprime, negligentem diligenter agere doce, non accedentes condemna, laborantem beatifica, negligentes ſufferre doceas, vt in omnibus probus inueniaris. Diaconus diligenter quæ pacis ſunt, populo annuncia, turbas ſeda, deficientes congrega, exeuntes ab Eccleſia reprehende, obſuſurrantes ad modeſtiam reuoca, vt in omnibus irreprehenſibilis reddaris. Lector noli negligere donum, quod in te eſt, ſacrarum Scripturarum doctrinam & exhortationem omnibus hilari animo, & maxima pietate communicans, vt doctrinæ mercedem aſſequaris. Cantor datam tibi gratiam noli deſpicere, ſed melodiarum hymnodiam impigrè profer, pſallens ſine intermiſſione, ſicut admonet

Dauid, *Pſallite Deo noſtro pſallite, quoniam vniuerſæ terræ Rex eſt Dominus, pſallite ſapienter.* Miniſtrum operis ſui non pigeat, ſed omnia ſine murmuratione exequatur. Laicus auditum accommoda, & ad Diuinarum Scripturarũ auditionem te præpara. Mulieres garrulitates ab ore veſtro tollite, ſuſurrationes reprimite, recordamini quòd anguis ſuſurro Euam è paradiſo detraxit, linguas veſtras comprimite, audiendorúmque ſermonum ſtudioſæ fiatis, vt quaſi perfectum vos ipſas operarium reddentes, perfecta mercede in Regno cœlorum dignæ euadatis à clementiſſimo Domino noſtro Ieſu Chriſto, cum quo Patri & Spiritui ſancto gloria, honor, & adoratio nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Neropius Paulinus & Theraſia, Sancto, & Amando Sanctis fratribus in Domino Chriſto ſalutem.

OMnibus tempus, & tempus omni rei ſub cælo. Super cælum enim non eſt tempus, quia non habet tempus æternitas, quam in cœlo etiam creaturis Creator dedit, qui ſolus habet æternitatem propriam. Tempus ergo ſub cælo omni rei. Tempus otio: tempus negotio: tempus ſilentiis, & tempus alloquiis: tempus eſuriendi, & tempus epulandi vt nobis hactenus fuit tempus ieiunandi à ſermonibus veſtris, & nunc iiſdem cibari, tempus exortum eſt. Pauiſtis enim literis veſtris verbo Dei dulcibus, & oleo lætitiæ delibuiſtis: quo libenter vngimus caput noſtrum: quia non eſt in vobis mendax opus oliuæ, in quibus habitat charitas de corde puro, & bona ſcientia, & fide non ficta. Sed quia

nemo qui multùm eſurit, poteſt vno pane ſatiari, fatemur, nos necdum expletos, ſed potiùs incitatos ad deſiderium literarũ veſtrarũ. Vna iſta epiſtola veſtra, quam vnam computamus, quia talem à vobis, qua ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima noſtra, adhuc ſemel accepimus. Verumtamen etſi inter officia noſtra viciſſitudines temporum fuerint: vt tempus tacendi, & tempus loquendi: non ita etiam diligendi ac negligendi tempus fuit. Dudum enim, vt proculdubio recognoſcis, ſancte frater, diligere cœpi te, & dilexi iugiter: quanquam non iſta dilectione, quæ Chriſti eſt, ſed illa familiaritatis humanæ amicitia, quæ blandimenta in labiis habet, & radicem in cordibus non habet: quia non eſt fundata ſuper petram, quæ non ædificatur in Chriſto. Vnde quolibet interdum vento leuitatis agitata diſſoluitur: & temporali gratia breuem florem tenens, ſicut fœnum velociter areſcit: & ſicut flos agri citò decidit. Charitas verò Domini manet in æternum,

num, quia inuicem nexi ſumus & ad conuiuendum: quia fortis vt mors charitas Chriſti. Sicut enim lex mortis irrupta, ita & charitas: catena parem vim charitatis & mortis eſſe teſtatur. Nam ſicut Propheta dicit: *Quis eſt homo, qui viuit, & non videbit mortem?* ita & Apoſtolus clamat: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Quamobrem tibi benedicte fructus vberior ex ea veniet, qui prior huius charitatis ſpiculis vulneratus, præueniſti nos in benedictione dulcedinis, per eloquia literarum tuarum caſta, & fidelia; in quibus à verbo Domini mel & lac diſtillauit lingua tua. Scripſeram verò, & priùs, vnanimitati tuæ, & cùm à te epiſtolam tuam breuem, quam ipſe miſeram, recepiſſem tanquam perſoluto officij debito, iterum me diuturnæ taciturnitati refuderam. Sed acriùs vigilante Chriſto apud mentem tuam, prior refloruiſti ſapere ad exercitandam in nobis obſeruantiam charitatis, ne obdormiret in mortem obliuionis. Et quia

abundauerat tibi inhumanitas mea, ſuperabundauit mihi humanitas tua. Multiplicaſti enim locupletare me affectu, & officio dilectionis tuæ: quo benedictum Domini puerum fratrem Amandum viſitationis noſtræ ſocium aſſumpſiſti tibi, & nobis validum appoſuiſti patronum. Confidimus enim, quia ſicut ſcribendi ad nos particeps tibi factus eſt, ita etiam orandi pro nobis, collega ſit. Et quidem germanitas ſpiritalis ita poſtulat, vt ſicut vobis Spiritus vnus in fide & confeſſione Chriſti eſt, ita ſit amor, & labor vnus in proximis aſſerendis: vnde communem largiter à ſummo retributore mercedem metetis, exaltati in turribus eius; quia frater fratrem adiuuans exaltabitur: ſi tamen ſemper orare tantùm, & ſuſpirare pro nobis memineritis, & de cætero caueatis onerare nos verbis beatificantibus: ne & vobis forſitan offendiculum comparetis: ſi dicatis dulce, quod amarum eſt. Legiſtis etenim, quia rectos, & verè ſanctos decet collaudatio. Nos

verò

verò peccatores in felle amaritudinis positos, sed adhuc non tam tenui nexu iniquitatis astrictos, vt contritio, & infidelitas in viis nostris deesse non possit. Veruntamen sic quoque mentibus nostris debet inesse contritio: quia cor contribulatum, & humiliatũ Deus nõ spernit. Et quis nobis dabit cor carneũ, vt emollita sensus nostri duritia, sentiamus sagittas Domini cõfigentes timore sancto carnes nostras: & excitato vulnerum nostrorum dolore, ploremus ante Dominum qui fecit nos? Commodet nobis Hieremias illum fontem lacrymarum, quo diem suum, & populum lamentatus est. Superfundat nobis & Dauid flumina oculorũ suorum, quibus rigabat lectum suum: neque tantùm genas vultus sui, sed & totum corporis stratum lacrymis exundantibus proluebat. Superposuêre enim iniquitates nostræ caput nostrum: & multiplicatæ sunt super capillos capitis nostri: quia plura in nobis iniquitatis quàm iustitiæ opera numerantur: & ideo com-

putruerunt, & dererioraueˆre cicatrices noſtræ à facie inſipientiæ noſtrę:& inueterata ſunt oſſa noſtra,quoniam tacuimus Domino: & apponentes iniquitatem ſuper iniquitatem, cũ ſtatuiſſemus oculos noſtros declinare in terrã,tardè eos,& ægrè leuauimus ad montes Dei, vndè nobis auxilium venit à Domino; qui ſolus potens eſt ſanare omnes languores noſtros, & eripere nos de corpore mortis huius:quia per Adam conſtricti, per Chriſtum ſoluimur:ſi tamen ita portemus cæleſtis hominis imaginem, ſicut terreni portauimus:hoc eſt,vt tam fideliter iuſtitiæ & veritati ſeruiamus pro ſalute noſtra: quã diligenter iniuſtitiæ & inhumanitati pro morte ſeruiuimus. humanum enim nobis Apoſtolus poſtulat. Quemadmodum exhibuimus membra noſtra ſeruire ad interitum, & confuſionem: ſic eadem exhibeamus ſeruire iuſtitiæ ad vitam & gloriam. Nobiſcum enim habemus fructum illorum operum, de quibus nunc erubeſcimus. Sed gratias ſa-

pientiæ

pientiæ Dei Chriſto Domino, qui in ſe manens omnia innouat, & diſponit omnia ſuauiter, vt ſit rebus omnibus tempus. Tempus occidendi, tempus ſanandi: tempus ridendi, & tempus plorandi: tempus ędificandi, & tempus deſtruendi. Abierit quęſo iam nobis tempus occidendi, deſtruendi, ridendi: & tandem ſanandi, ædificandi, plorandi tempus aduenerit. Ecce enim nunc tẽpus acceptũ, ecce nunc dies ſalutis. Nox præceſsit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus opera tenebrarum, & apprehendamus arma lucis: vt filij diei ambulemus in lumine: quoniam ecce inimici noſtri parauerunt ſagittas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro. Neq; enim in luce poſitos poterũt ſagittare antequã feriant, prouidendi, & præcauentibus, facilè vitandi. Poteſt autem in eodem ipſo opere, vtrocunque temporum ratio connecti: vt illa ſuperiùs diſtincta tempora pariter operentur in nobis. Nã & in quo viuificamur, occidimur: vel in quo occidimur, viuificamur per eum, qui dixit: *Ego occidam & viuere*

faciam.

faciam.Nisi enim nos Christus occiderit,non viuemus. De quo scriptum est: *Dominus mortificat,& viuificat*.Quia nisi peccata nostra peremerit,non viuificabit animas. Ideo illi Propheta dicit: *Exurrexi,& adhuc sum tecum*.Si occidas Deus peccatorem. Exurgemus enim gentes de luto fæcis,& vmbra mortis, & cum ipso esse permanebimus. Si occiderit in nobis peccatorem, & iustum creauerit, quia calix fragilitatis nostræ in manu Domini, in quo hunc humiliat, & hunc exaltat. Nisi enim humiliatur exterior, non exaltatur interior.Ac sic occidendi,& sanandi, vel destruendi, & ædificandi tempora simul in vnũ opus coëunt,cùm destruitur in nobis vita peccati, vt ædificetur vita iustitiæ.Neque ædificari potest nouitas,nisi destruatur vetustas,aut amare possumus Christum, nisi mãmonam incipiamus odisse.Sed neque gaudere poterimus in illo sæculo, nisi in isto lugeamus: quia qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Conuenit ergo nũc vobis illa de Psalmis pau-

peris

peris anxij & lugentis oratio. Quoniam iam pennæ defecerunt sicut fumus dies nostri: & interdum malitia nostra defecit. Ecce enim veteres posuit dies nostros, productos cursu ætatis: nec spargit omnis caput, sed perfundit senectus: & nos adhuc primis reptantem conatibus æui spiritalis infantiam paruulis sensibus agimus: & vix modò in verbo Dei incipientes loqui, tanquam primis vocibus anima vagiente mutam, & rudem sanctis literis linguam soluimus: & quondam in literis humanarum fabularum loquaces, nunc in veritatis balbutimus eloquiis, stultitiæ sapientes, & sapientiæ stulti, robusti vitiis, & virtutibus adhuc teneri, vix nascente ad iustitiam voluntate tyrones, & consumpta in peccatis ætate veterani. Aliquandiu enim, vt tu sancte benedicte frater nouisti, in hoc sęculo voluntati inueterauimus inter inimicos nostros: atque vtinam inueterauerimus inimicis: vt illa iam nobis otiosis spatiosi itineris vita defecerit: & renouetur in Christo

sicut

ficut aquilæ iuuentus noſtra : vt ſenio veteris hominis exuamur,induẽtes nouũ illũ qui ſecũdũ Deũ creatus eſt. Sed qui nec pellicano ſolitudinis adhuc ſimiles eſſe poſſumus: quãdo erit vt efficiamur nyctícorax in domicilio?quãdo excitabimur in eũ mẽtis excelſę vigorẽ, vt ſpiritali alacritate volucres,& in alta virtutum arduo fine perfecti poſſimus dicere:*Vigilaui,& factus sũ ſicut paſſer ſingularis ſuper tectũ?* Videamus hoc loco,ſi placet,in quã rationẽ hæc auiũ genera, & hoc ordine,ſub perſona pauperis anxij,ideſt,pœnitẽtis,ad inopiam ſpei per aliquẽ lapſũ redacti propheticus ſermo diſponat:feretis,vt opinor , loquacitatẽ inſipiẽtię meę: quã ad cõtẽptũ veſtri prouocaſtis.Accepi.n.à quodã sãcto,& doctiſsimo viro, & chariſſimo mihi: q non ſolũ legendo,ſed etiã peregrinãdo multa cognouit,Pellicanũ auem eſſe in Ægypto vel illis iuxtà partibus vſitatã, proximis Nilo flumini deſertis oberrate,ſerpẽtib.veſci,quos dimicãdo peculerit.Ergo pugnat vt vincat,&victa moritur;victrix verò euadit mortẽ;& acquirit

alimoniã. quod autẽ nycticorax ſcriptũ eſt: nycticorã eſſe verius aſſerebat: idq; probabili ratione videbatur oſtendere: cùm illam auẽ hoc loco poſitã diceret, quã appellamus noctuam: quia ſecretò noctibus cantus exerceat & volatus: & obſcuritate tenebrarũ, qua ferè cuncta caligãt animalia, luminetur, vnde nycticora aptiùs, quã nycticorax dicitur: quia nycticorax nocturn' coruus, interpretatio eſt, nycticora autẽ nocte vidẽs: eò quòd pupilla oculi core Græcis vocetur, nihil autẽ noctuã ſimile corui habere manifeſtũ eſt. Porrò perſpicuũ, cã (vt dixi) ſicut quaſdam alias aues noctis in tenebris magis cernere, & in lumine cæcutire; noctẽ diebus pari, lucẽ noctibus vſurpare. Nunc ergo benedicti mei videte qualiter hæc auis congruat ad pauperẽ mœſtũ, hoc eſt, pœnitẽtẽ, opibus gratiæ pauperatũ, & conſcia miſerorũ lapſuũ mẽte glorię ſuę dãna lugẽtẽ, & afflictatione miſerabili laborantẽ in gemitu ſuo, & de ꝓpriæ carnis interitu vitã animę recipere nitẽtẽ; perq; orationũ impẽdia, & gemituũ ſuffragia, ambitioſa lacrymarũ vulneratæ ſalutis

remedia quærentẽ:quã aptè huiuſmodi pauper & peccator,Ægyptia vel nocturna auis dicitur:& in quod ſe ad deflẽda & confitenda peccata ſecretum à cõmuni Eccleſiæ cœtu, intra ergaſtulũ cellulæ ſuæ mœſtus includit: & elõgatus ab hoc ſęculo & fugiens,vt maneat in ſolitudine deplorationis:& illic aduersùs carnis ſuæ deſideria cõfligat; & in peccata ſua ſpiritali certamine conterenda depugnet.Certè & habitaculo pariter , & prælio fit ſimilis pellicano ſolitudinis:& illam inimicam ſerpentibus volucrẽ ipſi diabolo,& principibus tenebrarũ , in peccatis & cogitationibus carnis expugnandis dimicãs æmulatur:&ſi in eo agone ſuperauerit,viuet hoſtiũ ſuorũ ſuperſtes:eſcã de victoria ſua ſibi quærit:quia vitæ meritum peccati & diaboli victor acquirit:quem cũ omni nequitiæ exercitu in perniciem noſtrã variis artibus ſerpere quotidianis interioris hominis noſtri periculis experimur. Sed gratias Deo,qui dedit nobis victoriã per Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ: vt ſuper aſpidẽ & baſiliſ-

cum

cũ ambulemus, & conculcemus leonẽ & draconem. Ergo aduersùs huiuſmodi artes, qui ſunt principes tenebrarũ, hoc eſt, homines peccatorum potentes, quos tenebras Apoſtolus dicit: cũ quibus à nobis æmula pro ſalute cõtentio eſt: orate vt hos ſerpentes, dũ in iſtius mũdi deſerto agimus, exẽplo illius ſolitarię alitis toleremus: quibus obtritis, & per victoriã deuoratis, quaſi diſcuſſa nube tenebrarum illuminabitur homo noſter interior: & tunc fiet quaſi nycticorax in domicilio, hoc eſt, in domo Domini; vt inter huius ſeculi tenebras acutã aciem defectæ mentis intẽdat, & poſſit ſecũdùm Prophetã talibus oculis illuminatum dicere: *Quia tenebræ non obſcurabuntur à me; & nox ſicut dies illuminabitur.* Quod vtiq; fit, cùm vtraque ſubſtãtia in homine ſibi cõgruit: vt etiã caro, terrena immutata natura, ad animæ concordiã ſpiritali migret affectu: & tũc nox ſicut dies illuminabitur, cùm & caro, ſicut anima, ſpiritalis efficietur. quòd ſi per orationes noſtras fuerit indultum: vt & in hoſte vipereo

con

conterendo, pellicano ſolitudinis ęmulemur, & nycticoræ oculis inter huius ſęculi obſcura cernamus: tunc in conſummatione pedibus conſtitutis ſuper excelſa perfectæ virtutis impoſiti, vigilando in orationibus, & meditando in lege Domini efficiemur ſicut paſſer vnitus ſuper tectum: & corpore & ſpiritu cõgruéte in voluntate Dei, iure dicemus: *Singulariter ſum ego, donec trãſeã.* Et quis iſte paſſer eſt, in quo forma perfecti eſt, niſi paſſer ille qui inuenit ſibi domũ, & cũ turture ſibi nidũ fecit, *Altaria tua Domine virtutũ?* iſte forſitã paſſer eſt de duobus illis, quorum vnus non cadit ſuper terram ſine voluntate Patris. Cecidit enim paſſer hic ſummus in corpore: ſed & reſurrexit: cecidit autem ex voluntatis aſſenſu, factus obediens Patri vſque ad mortem crucis. hic paſſer eſt illa ſapientia, quæ requirentibus ſe in viis hilariter oſtendit: nunc in portis fit obuia, nunc in plateis occurrit: nunc in muris vel curribus celſæ conuocant ad ſe amatores ſuos: & inuitant eos in altitudines habita

bitationum ſuarum, vt impleat verbum ſuum: *Quia exaltatus omnia ad ſe trahit.* Quis dabit nobis pennas columbæ deargentatas: vt per eloquia Domini caſta, & ſicut argentum igne examinatum, pennati prouolemus ad brauium ſupernæ vocationis, ſequentes iſtum paſſerem ſingularem; quia vnicus eſt Dei Filius, ſuper volitãtem, quia in altis habitat, & humilia reſpicit: & qui deſcendit in inferiora terræ, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos, captiuam ducens captiuitatem, vt adimpleret omnia? Hunc paſſerem ſi directa imitatione valeamus ſequi, iiſdem veſtigiis ambulantes, quibus ingreſſi ſunt ſpecioſi euangelizantium pedes: tunc in edito conſtituti, poterimus dicere: *Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer vnitus ſuper tectum.* Memineriimus tamen etiam in ſublime prouecti, verbũ illud Domini: *Vt qui fuerit in tecto, non reuertatur in domum ſuam tollere vaſa*; ideſt, ne in noſmetipſos recurramus, & opera carnalia quaſi vaſa in inferioribꝰ derelicta repetamus. *Nemo.n.* inquit,

mittens

mittens ad aratrum manum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Sed & si super tectum fuerimus, ideſt, ſuper naturam terrenam euolauerimus, non acquieſcentes carni: timeamus auium exemplo ad humilia euolare. Scriptum eſt enim. Quia non ſine cauſa tenduntur auibus retia: & ſcimus quia ſic inſidiantes voluerum ſimplicitati aucupes humi ponunt tendiculas: & aſperſæ plerunque eſcę vel cęri in lites fraude deponunt aues, & opertis doloſo ceſpite laqueis implicant credulas. Sed nos ſimili arte, nos ſolicitantibus, per obtentus mundi huius illecebras nequitiæ ſpiritalis aucupibus, armati fide, & illuminati veritate, dicamus: *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer? Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ?* Propterea oremus Dominum, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Omnem hominem dictum puto: quia nemo homo, agnoſcens niſi Deum: & qui potiùs meruerit agnoſci à Deo. quem non agnoſcẽ-

tes,

tes,comparati ſunt iumentis:& ſimiles facti ſunt illis. Nos ergo magna eius miſericordia ex impiis iuſtificati per fidem,& non ex operibus, percurramus in odorem vnguentorum eius:vt ex illius nomine, odorem vitæ trahamus, & efficiamur odor Chriſti bonus Deo: *potionati* (vt ſcriptum eſt) *à vino vnguentorum de calice ſalutaris* : in quo ipſe *vt pigmentarius*, vt in Eccleſiaſtico ſcribitur,*vnguenta ſuauitatum miſcet, diuidẽs dona ſua ſingulis prout vult : vt omnia in omnibus impleantur.* & odorem notitiæ ſuæ manifeſtet in nobis. quia vnguentum exinanitum eſt nomen ei. quod nomen vt inuocetur ſuper nos ſemper, in nobis nominetur , fiat conuerſatio noſtra in cælis, ita enim efficiemur ſicut paſſer vnicus ſuper tectum:ſi non quæ in terra ſunt,ſapiamus aut quęramus,ſed quæ ſurſum ſunt,vbi Chriſtus eſt ſedens ad dexteram Patris innumerabilibus oculis ſpeculator actuum noſtrorum , & ſpectator agonis iſtius; quo in carne ambulantes , non ſecundùm carnem militamus.Non enim eſt

nobis colluctatio aduersùs carnem, & ſanguinem, ſed aduersùs inuiſibiles inimicos, & aduersús ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus: non quòd ſpiritus nequam in cæleſtibus agant: ſed quòd in ea cæleſti conuerſatione viuentibus aduerſentur; induamus itaque arma lucis, & in Domino noſtro tranſgrediamur murum illum inter nos & Deum ſeparantē: nec de carnali infirmitate timeamus aduerſarium ſpiritali natum violentum: quia virtus in infirmitate perficitur, & non in virtute ſua potens eſt vir, ſed Dominus infirmum facit aduerſarium eius: quem ipſe Dominus virtutum, rex glo: ix, tali pro nobis congreſsionis genere confudit: vt illum in cruce Chriſti non diuina virtus, ſed humana ſuperaret infirmitas. Sequamur itaque triumphantem Ieſum: & ſcuto fidei circumdet nos veritas eius, vt non timeamus à timore nocturno, & à iaculo volante per diem. Cadent à latere noſtro mille, & decem millia à dextris noſtris, non noſtra virtute, ſed Chri-

sti, cuius pugna est, qua pugnamus: & cuius corona qua vincimus: quia membra sumus corporis eius: si tamen mortificamus in terra membra nostra: vt fiant arma iustitiæ: quibus accincti, & Christo & Angelis eius, & nobis lætum de nostro certamine spectaculum præbeamus, & euolantes de laqueo venatorum garrula gratulatione cantemus: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus*: quia adiutorium nostrum est in nomine Domini Iesu Christi. Non enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri nos, in hoc nomine triumphantes confiteamur Domino misericordias eius, & gloriemur in laude eius, nõ in nostra: quoniam, vt Prophetа dicit, si quid bonum nobis, ab ipso est: & si quid optimum, ab ipso est: ipse enim fecit nos, & non ipsi nos. & Paulus dicit: *Quid autem habes, ô homo, quod non acceperis? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* In quo monet, vt qui

gloriatur; in Domino glorietur. Vnde iam nobis leues anguſtiæ fiunt, quando laudari videmur: nihil enim nobis cõſcij ſumus de proprio bono: vt tamquã agnoſcentium pudorem laudator perurgeat: quia non ipſos nos, ſed diuinæ bonitatis munera atque opera prędicari cognoſcimus. Si quid enim in nobis boni videtur aut creditur, illius eſt qui ſolus bonus eſt: & de cuius plenitudine omnes accepimus: & pro meriti, vel fidei capacitate reſpergimur. Ros enim, qui ab illo eſt, ſanitas eſt nobis: & lætamur in ſtillicidiis eius. Ergo & error iſte, qui nos laudatis, innocuus erit vobis: inſuper & mercedem vobis copioſam tam pia fides congerit: quia vt nos noſtra mente iniquos, & de peruerſa huius ſæculi generatione prauos, exiſtimetis bonos factos, Domino omnipotenti creditis: qui potens eſt iuſtificare impiũ, & viuificare mortuos, & illuminare tenebras, & fęniciũ candidare. Quamobrem orate ſoliciti, vt tanto ore, vel munere Dei dignum cor accipiamus: & quia accepimus cõtem-

ptum

ptum patrimonij, accipiamus etiam noſtri contemptum. Anguſta enim via gradimur,& quaſi in funeſuſpenſo ancipites ambulamus,niſi certò libram in mentis veſtigia fixerimus,vt non declinemus dextra vel ſiniſtra:facilè nos in huius aut illius partis ruinam inimicus impeller. Ideo nobis in Salomone Sapientia cauet: *Non deflectatis à Domino, ne cadatis.* Ipſe enim Dominus Ieſus, Via Veritas,& Vita eſt,qui dicit: *Omni vigilia ſerua cor tuum*: quia per ipſas virtutum vias in vitia delabi poſſumus: & niſi certò,vt dixi,flatu dirigentes animi momenta libremus:de ipſa humilitate capiemus ſuperbiam: & euaneſcet ſpecies pietatis,ſi per laudem paupertatis, obrepat inflatio:& quid proderit caruiſſe diuitiis,ſi remanemus diuites vitiis? Vnde quæſumus ne ex illo nobis verbo Domini blandiamini, quia feccrimus: *Vendite quæ poſſidetis*:quia plus eſt quod ſupereſt illud: *Et veni, ſequere me*.Facile eſt autem videri,quantum ſit ſequi Chriſtum,vt homo imitetur Deũ. Sed & illud ſcitis: quia ſemel locutus

est Deus:duo hæc audiui.Nã & iste sermo, sicut omnis ferè Scriptura diuina, in biuium patet. *Vade, & vende omnia tua*; non enim pecuniam tantùm & fundos,extraneas facultates,sed etiam animi nostri internas opes, quæ voce nostra substantia est,possidemus.Hanc vendere,hoc est,alienare à nobis,tantò maior victoria, quantò altior difficultas est;ingenita quam apposita separare,& intus infixa diuellere,quàm affixa extrinsecùs reiicere.se enim ipsum mutat, & superat,qui renuntiat moribus suis, & se abdicat sibi: vt illud fortissimum Dei verbum impleat, *Qui perdet animã suam propter me,inueniet eam*.Hæc Domini recordantes effundamus in illum animam nostram:& ipse nos enutriet:& absconditam in se vitã nostram fouebit: & se cum gloria reuelabit: si tamen pro hac eadem anima oremus in tempore opportuno, & nunc in isto sæculo.In inferno enim quis cõfitebitur ei?Istic moriamur peccatis, ne illic viuamus pœnis. Mors enim, quæ secunda dicitur,nihil est aliud quàm vita

pœna

pœnarum. Caueamus igitur ab inferiore inferno : vbi corpus & animam gehenna torquebit æternùm : morientè peccatoris anima , permanente ſenſu, & durante materia corruptionis. *Nam & mortui* (vt ſcriptũ eſt) *reſurgent incorrupti*: non gloriè immortalitate? ſed pœnę. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, qui vectes confregit, & humiliauit calumniatorẽ, vt exaltaret me de portis mortis: & narraré mirabilia eius in portis filię Sion. Benedicat vos Dominus ex Sion: & videatis quæ bona ſunt in Ieruſalem, & oretis pro nobis, omnibus diebus vitæ noſtræ, vt portio noſtra communiter ſit in terra viuentium. Egimus in tergo epiſtolæ annotationem epiſtolarum, quas meas eſſe iudicatis, nam verè propè omnium earum ita immemor eram, vt meas eſſe non recognoſcerem, niſi veſtris literis credidiſſem. vnde maius accepi documentum charitatis veſtræ: quia plus me vobis quàm mihi notum eſſe perſpexi. Hymnos, quos deſidera-

bã,accepiſſe gratulor,quo munere,ſancte frater,admonuiſti me,vt fãculã meã diligenter,dum tempus eſt,appararem: ne cum fatuis excluderer, ſi cum ſapiẽtibus non occurrerem. Orate autem, vt & virgines & fœcundæ ſint animæ noſtræ; ſine ſterilitate virgines, ſine corruptione fœcundæ. hoc enim myſterio eſt in Lege maledictus, qui ſemen in Iſraël non dederit. & in Euangelio virgo ſapiens, quæ oleo procurato, vigili ſolicitudine vncta face, Sponſi expectat aduentum: iámque venienti non extinguendum pingui fomite lumen accendit. Ergo mens noſtra fertilis Deo, & vitæ fructus operibus bonis pariat: ſit ſpiritus virgo: vt nulla ſæculi corrumpatur illecebra: & ab omni labe vitiorum integer maneat. Stultæ enim virgines, illæ mihi videntur eſſe animæ, quæ virtutibus ſteriles; & illæ ſapientes, quæ vitiis incorruptę ſunt. Denique in vtroque virginum genere quinque ponuntur: vt intelligatur ad ſenſus hominis integritatem, aut corruptionem referri.

ferri nam quinque ſenſibus omnes prę-diti ſumus, per quos aut vitam recipimus, aut mortem. De ipſis enim dolens Propheta dicit: *Mors introiuit per feneſtras veſtras, quas obſtruamus timore Dei, vt ad omnes iſtius mundi formas, & voces ſurdi ſimus, & cæci.* Sepiamus aures noſtras ſpinis contra linguam nequam, & illecebroſa modulamina: auertamus oculos noſtros ne videant vanitatem: obſtruamus & nares noſtras, ne de corruptione huius ſæculi mortis odorem trahamus: neque per guſtum ilicem gulæ morbus irrepat, & concupiſcentiarum cibis, continentiæ robur eneruet: neque mollibus veſtimentis corpori blandiamur, ne carneos tactus, & amplexus illicitos, delicatis malè palpata teminibus membra diſquatiant. Ita fiet, vt in vnumquemque noſtrum omnibus ſenſibus caſtis, & oleo doctrinæ fidelis imbutis, virgines omnes quinque ſapientes maneant: & oleo in vaſis ſuis repoſito, expectatione ſecura quieſcant, facilè mox parandis facibus occurſuræ, cùm

primo ſuperuenientis Sponſi tumultu fuerint excitatæ. Nam in tantis Eccleſiæ populis, in quibus non ſolùm virgines, quarum tamen innumera multitudo eſt, ſed & maritatæ, & viduæ diuerſis & moribus cernuntur, & fructibus. Non arbitror alia ratione quinque tantùm virgines fatuas, & totidem ſapientes eſſe poſitas, niſi quòd vtraque perſona in totius populi vniuerſitate diuerſa, numerus autem ratione ſupradicta, ſigillatim in omnibus continetur: vt vnuſquiſque in ſemetipſo aut ſtultas aut prudentes habeat pro qualitate ſenſuum ſuorum, in quibus prouidis ſapiens, inertibus autem ſtulta virginitas eſt. Nam ideo & fatuæ ſunt ſapientes in tanta ſui diſſimilitudine, ſimiliter virgines appellantur: quia virginibus ſecundùm carnem ſterilitas infœcunda, ſecundùm ſpiritum fructuoſa caſtitas adeſt. Quare nec ſapientes ſterilem virginitatem habent, quia ſapientes ſunt; nec ſtultæ fructuoſæ, quia ſtultæ ſunt. quarum forma mihi videtur eſſe ſapientia huius mundi,

quæ

quæ ſtultitia eſt apud Deum: & ſapientia carnis, quæ verè virgo ſtulta eſt, quia legi non eſt vincta, atque ſubiecta legi & ſapientiæ Dei: & lucerna eius facilè extinguitur, quia non habet oleum veritatis, vacua Spiritus ſancti, quo oculus interior luminatur, & impinguatur animæ caput, quod eſt fides noſtra, cui oleum eſt doctrinæ cœleſtis infuſio. Itaque oleum peccatoris non impinguet caput noſtrum, neque muſcæ morituræ exterminet oleum ſuauitatis: vt ſemper nobis caput Chriſtus ſit: ne vnquam deficiat oleum capiti noſtro: quia vnguentum exinanitum eſt nomen eius, & tunc omnibus perfectis ſenſibus erimus virgines ſapientes, ſi in nobis manſerit ſapientia Dei, per quam facta eſt etiam in corpore fœcunda virginitas. Nimiùm vos fatigo: & multùm mihi præſumo de patientia charitatis: ſed oportet vt audiam Salomonem ſapientia Dei loquentem: vt par ius ad amantiſsimos licèt, inferam verbis pedem: ne ſatiati tædium oderint me. Scio autem, quòd ſicut odiſſe quis non po-

teſt viſcera ſua: ita nec vos humilitatem noſtram: quam viſceribus veſtris permiſcuiſtis. Pax,& charitas,& gratia, & humilitas Chriſti Domini altiſſimi abũdet in nobis, benedicti fratres, meritò venerabiles,& dilectiſſimi.

HESYCHII PRESBYTERI Hieroſolymitani Oratio demonſtratiua in ſanctum Andream Apoſtolum.

Carolo Fabiano interprete.

TVba nos Apoſtolica congregauit in celebritatem, tuba ea, quam vt Chriſtus molliretur, cruce quaſi malleo, Euangelio quaſi incudine, quaſi igne Spiritu, nouo,ac veteri Teſtamẽto,quaſi auſim dicere,vſus eſt follibus. Tuba ea,ita enim appellare licet,quam ego Propheticis,atque Dauidicis debeã exornare laudibus; ea, inquam, ca-

nite,

nite, omnibus enim gratiæ aliquid impertitur Andreas, omnibus dat mutuo ſpiritus largitiones, omnes ad militaria certamina concitat, omniúmque primò vocatus, vnà cum cæteris omnibus coronari queit. Canite tubæ namque præconio digna ſunt Chriſti myſteria, quæque omnibus debeant diuulgari, ac manifeſtari gentibus. Canite iam, cùm hæc celebritas intellectualis tubæ ſit argumentum: bello enim eſt opus, & dimicatione, luctandum eſt, certandúmque: dextris ſiniſtríſque egemus telis, vt ſuſcepti negotij compotes euadamus. Canite tuba, vt hoſtem clamore proſternatis, & mœnia intellectualis euertatis Hiericho, inque ſurdorum aures ſonus ingeratur: excitabit è mortuis eos, qui quaſi morte, graui peccati ſomno detenti ſunt. In neomenia canite tuba; facta eſt enim nunc quaſi neomenia vita noſtra; ſenectam depoſuit, abſterſit rugas, in inſigni die feſtiuitatis noſtræ è veteri noua propter myſterij innouationem euaſit: quid enim hac

festiuitate insignius, in qua omnes gentes manibus plaudent, & in qua vniuersa terra congregatur ad epulas?

Reges, vt piscatorem veneretur, accurrunt: ab eo, qui quasi mortuus censetur, viuentes cibari cupiunt: sapientes ad literarum expertem, vt ad doctorem peruenire festinant: pauperis conuitium omnes communiter excipit: celebritas hæc per omnes est ciuitates vulgata. Tuba nos igitur Apostolica congregauit; Andreas nos congregauit, qui primò est in Apostolorum coronam vocatus, qui quasi columna primùm affixus est in Ecclesia, & ante Petrum Petrus, fundamentíq; fundamentum: qui primitiarum fuit principium, qui antequam vocaretur, alios vocat ad Dominum, quique antè consignat, quàm consignaretur, qui antequam adducatur, adducit: Euangelium, quod quidem nondum creditum fuerat prædicans, eam aperiens ianuam, quam fortassis non erat ingressus; quam adhuc nõ cognouerat vitam reuelãs; panem se daturum promittens,

mittés,quẽ nondũ prę manibús habuerat:nunquid enim aliquid ex iis,quæ in diſciplinis acquiruntur,audierat? is tamen dixit Ieſu,*Vbi nam habitas*? qui reſpondit,*Venite,& videbitis*. Quid enim tale,huiuſmodi ſonabant verba, quale Andreas,cùm ea verba præuenerit, ſignificare voluit? num Chriſtus hiſce verbis ſuam voluit manifeſtare gloriã? num ſe ea omnia poſſe demonſtrauit, quæ poteſt? num creatorẽ ſe Gentium atque factorem enunciauit? num claudorum direxit inceſſum? num oculos cæcorum aperuit? num ſupra naturam coëgit? Vnde ergo hæc de eo pronunciare edoctus es?quónam pacto euaſiſti Propheta? quomodo extempore diuinarum rerũ propalator es factus? quare Petri obtundis aures? quare eum aſſequi properas, quem aſſequi minimè vales?ſed Ioannes, inquies,te, vt in hæc verba erumperes,concitauit? & tamen hæc tantùm verba te præſente protulit: *Ecce Agnus Dei,qui tollit peccata mundi*.tu verò Agnum cùm audiueris,Deũ annuncias?quæ deorſum ſunt deſiuiſti,

& ea,quæ ſurſum ſunt, curiosè inquiris? reliquiſti ſtagnum, & retem cœlum versùs laxaſti?num talia venari ſagena nouit?num manus tuas arundo piſcatoria trahit? Quidnam hoc indicat, cùm dicis, *Meſſiam inuenimus, qui dicitur Chriſtus*? vbi nam enim, quo pacto, quandoque eum amiſiſti? is enim reperiſſe dicitur, qui amiſit: at quo modo amittitur is, qui omnes ſaluos facit; quo pacto is, qui adeſt vbique, vel dicitur reperiri, vel poteſt? Verùm quid ſibi his verbis velit Andreas, rectè nouit: id enim inuenimus, quod Adam amiſit:id nos inuenimus, cuius Eua erat paſſa iacturam:id quod peccati nebula noſtris obtexit oculis, id inuenimus, quod è nobis ſeiunxit præuaricatio; quódque propè nobis preſenque erat, lõgè abeſſe videri fecit: eum inuenimus, quẽ & Dauid quærere magno ſibi tribuebat honori:*In die*, inquit,*afflictionis meæ quæſiui Dominum*. Et Sophonias quoque clamat, *Quærite Dominum omnes humiles terræ*:inuẽtus enim exaltat humiles,è terra eleuat,& eos ſu-

pra corruptionẽ erigit, ſublimibuſque ſubliminores reddit. Cùm Andreas inuenit, de quo ad nos bonus ille Propheta loquebatur Oſeas: *In die tribulationis ſuæ mane conſurgent ad me dicentes, Venite, & reuertamur ad Dominũ Deũ noſtrum; quia ipſe cæpit, & ſanauit nos, percutiet, & curabit nos, viuificabit nos, & poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos in conſpectu eius, ſciemus, ſequemúque, vt cognoſcamus Dominũ: quaſi diluculũ præparatũ inuenietur eius, & veniet quaſi imber nobis tẽporaneus, & ſerotinus terræ.* Hîc mihi Iudæũ in iudiciũ voca, adduc mihi ad tribunal hũc ſtultũ: Prophetam hunc lege, & librum amplectere: quæ ab ipſo accepta ſunt, cõtra ipſum afferãtur; apud ipſum enim ſcriptum habetur, licèt à me, quę in ipſo ſunt ſcripta, exequutioni mandentur. Interpretationem igitur prophetici dicti tecum ipſe cogita, & quo modo, & quando geſta ſint: quòd enim percuſſi eſtis, vos etiam ipſi patiemini, nóſque id ipſum ſenſu percipimus; ſed tui neque curam video, neque ſalutem; video potiùs oppoſitum: exacerbari vulnus,

ægritudinem acerbiorem reddi, imbecillitatem ferocem iam factam accelerare ad mortem. Quoniam igitur prophetiam interpretatione illustrare minimè vales, ego tibi propheticum sermonem aperiam. Tempus decerno, & ego tibi locum indico, & aduoco creaturam vniuersam, non quidem meis verbis, sed Dominicis, Diuinisque id confirmaturus miraculis. Percussit nos igitur Deus, cùm Adamum morte damnauit, quando mandauit vt in sudore vultus nostri pane vesceremur, quando terra iussit, vt nobis spinas, tribulósque produceret, quando, inquam, per primum hominem, vniuersum hominum genus è paradiso deliciarum eiecit. Verùm cùm percusserit, sanauit, curauítque cùm tetigerit: quonam verò modo id egerit, audi Isaiam dicentem, *Disciplina pacis nostræ super eum: eius liuore sanati sumus.* Quare nihil eorum, quæ à Propheta dicta sunt, non est exequutioni mandatum; ídque in primis patefacient; percutit nos, & curabit nos post duos dies, & in tertia die su-

scita

ſcitabit nos. Num meminiſti temporis, quo à te Dominus eſt cruci affixus, qui cùm in ligno pendentem vitam aſpiceres, non credidiſti? agnoſcis quid tu ipſe egeris, & quæ facta ſunt ibi miracula, quando Chriſtus in crucem denudatus tanquam ad nuptias adductus eſt; expers enim peccati cùm eſſet, opus illi indumento non erat, cúmque innocens eſſet, latere non debuit. Nil in ipſo indecorum inerat, etenim quæ decora ſunt, ipſe nos docet: vniuerſa tamen creatura Dominicæ pulchritudinis ſplendorem ferre minimè poterat, ſed lumen lumine ſuperabatur, Sol Soli cedebat, qui ſenſibilis eſt intellectiuo, qui cutrit exiſtenti vbique, qui in loco eſt ei, qui ſupra locum, qui occidit minimè occidenti, qui noctem remouet ei, qui diei, noctique terminos ponit; tunc autem nox erat, tenebræ enim occupabant vniuerſam terram, ſed à nona hora iterum vſque ad veſperas dies vnus effluxit, iterúmque poſt diē nox iuxta ſuum morem ſequuta eſt, iterúmque dies nocti ſucceſſit. Cùm

autem

autem ſuo ordine duo dies elapſi ſunt, tunc finem quoque habuit prophetia; *Sanabit nos poſt duos dies.* Iãque quæ ſequuntur, terminari incipiunt; *In tertia*, inquit, *die ſuſcitabit nos*: ſurrexit enim Chriſtus, & nos conſurreximus, mortuorũ liberator ſurrexit à mortuis, noſtrúmque genus in vitã reuocauit. Cũ verò, vt diuus Paulus dicit, *Sicut in Adã omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificabuntur*: id mihi teſtatur ſepulcrũ hoc, viuentibus gaudium, mortuíſque conſolatio; teſtis hic lapis, qui reuolutus omnia dæmonũ euertit idola; lapis, qui nõ ſolùm euertit, verùm etiã contriuit, cõminuítque, & crucis quaſi cribro cribrauit, nec nõ qui è terra efflauit, quaſi ab area puluerem, & quaſi à camino fumum ventilabro, & impetu ſpiritus. Id hæ mihi teſtantur mulieres earum vice, quæ quódam fuerũt ſingulis quibuſque diebus, ac noctibus vnguẽta ſpõſo ſenſitiua, intellectiuaque offerentes. Teſtis Sacerdos cãdidis indutus veſtibus, Ecclefiæ videlicet Angelus ad ipſos clamans; *Nolite timere, ſcio enim, quòd Ieſum*

Nazarenum crucifixum quæritis. Verùm nosse prætereà vis horam? inquit enim Propheta, *quasi diluculum præparatum inuenietis eum*, & idipsum Lucas adnunciare poterit: *Vna autem sabbathi valdè diluculo venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, inuenerunt autem lapidem reuolutum ab ostio monumenti, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu, & factum est, dum mente consternatæ essent de isto, & ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cùm timerent autem, & declinarent vultum in terrâm, dixerunt ad illas, Quid quæritis? num viuentem inter mortuos?* quare de ipsa vita cogitatis ea, quæ à vita sunt aliena? is, qui hîc à vobis quæritur, in cœlis residet, qui hîc contrectabatur, in sinu Patris quiescit, qui mortuus quoque factus, vt & in mortuos, & in viuentes dominaretur, vitam non reliquit: ipse enim omnibus largitur vitã, ex ipso vniuersa natura spiritum recipit, in ipso quæ mouentur, motũ habent, per ipsũ formata sunt omnia, perque ipsum quæ operantur, opus suum

perfi

perficiunt. Inde egressæ mulieres factæ sunt obuiam Iesu, & diluculum viderunt, quasi diluculum, ad eumque dixerunt, quod in prophetiis Dauid canere consueuerat: *In te fons vitæ est, in lumine tuo lumen videbimus.* Quòd si dixeris, mulieres quidem inuenêre; non ita verò Apostoli; quo modo lucrum commune erit, quō modo quod inuenitur, vniuersæ naturæ fiet salus? Iam excedis inquirendi modum; frustra id nobis obiicis: inuenêre enim mulieres quod olim amisêre per Euam. Lucrum inuenit ea, quæ damni occasionē præbuerat. Tamen prophetiæ quod reliquum est, perlege. *Quasi præparatum diluculum inuenientis eum, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ.* Hæc sufficiēter ad verbum adimpleta sunt, nō opus est amplius speculatione. Prophetæ sentētia allegoria non eget. *Veniet quasi imber nobis tēporaneus & serotinus terræ.* Intuere igitur eum mulieribus quidem temporaneum, serotinum verò Apostolis apparentem, manè enim hic mulieribus apparuit, sal

ueréque iuſſit: ſerò verò in Sion pacem Diſcipulis annunciauit. *Gaudete* mulieribus dixit, vt tolleret ſuſpicionem mœſtitiæ: pacem autem Diſcipulis commendauit, vt quam Draco inſeruit inimicitiam diſſolueret: & ob id ad eos cum hac diſtinctione loquebatur, *Pax vobis*. Diabolo enim reſtat bellum, & aduersùs illum tantùm eſt inimicitia, oportet ſi quidem conteri cornu eius, effundi, diſſiparíque virus eius, & conculcari aculeus eius. Nunc tibi parabo tela, quibus contra ipſum bellum concitare poſſis. Non igitur Petro fruſtra denunciauit Andreas, *Inuenimus Meſſiam, qui dicitur Chriſtus*, cùm etiam Deus huiuſmodi quædam per Prophetam Iſaiam loquutus ſit. Si inquires, quære, & apud me habita. quare Andreas Chriſtum interrogare eſt auſus: noui enim (Andreas aiebat) te ſuper terram habitaculum non habere: non enim ædificas in corruptione, neque ſuper lateres tabernacula formas. Vbinam manes, inquit Andreas, vt in aula Domini ianitor fiam; magis enim elegi

abie

abiectus iacere in domo Dei mei, quàm in peccatorum tabernaculis habitare. Vbinam habitas? Quòd si didicero vbinam sit domus tua, non decedam è ianua. sed hæc est mensa Euangelica nobis ab Ecclesia proposita cuius ego edulia, vt famulus tantùm apposui. Quare pace vestra ad aliam ego auidã mensam Andream sua vocatio coronat, electionem bellatori manifestat, merces vineę cultori dignitatem comparat, quam hoc pacto nobis Matthęus descriptam reliquit. *Ex illa hora cœpit Ioannes prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Ex illa hora; ex quanam? ex qua Iordanem sanctificauit, donumque Baptismi plantauit, & in aquis draconum caput contriuit, Spiritus sancti dona de cœlo deportauit, viam vitæ aperuit, portámque salutis expandit. Ex illa hora cœpit prædicare, & dicere, *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Venit enim creditor omnium dimittens debita, Rex venit largus, adest Iudex reos è carcere libe-

rans,

rans, vincula ſoluens. qui ſuos conniuet oculos, ne quæ iniuſtè fiunt, perſpiciat, qui ſuas obturat aures, ne ſanguinis iudicium audiat; pœnitentiam igitur agite, ratione lauate facta, os lingua cohibete, precibus vitam purgate, quicunque poteſt. magni pretij ſacrificium offerte, pœnitentiã agite. Qui igitur pœnitentiam agit, non ſolùm recedit à grauibus, verùm bonorum hæreditatem aſſequitur, non ſolùm à malitia liber efficitur, verùm iuſtitiæ cultor euadit. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Fortes vos ipſos cogite, infirmi robboramini, claudi currite, vos accelerate qui curritis, currenteſque in vobis nolite confidere, ſed in Deo, qui veſtrum dirigit curſum; non enim currentis eſt, aut volentis, ſed Dei miſerentis. Pœnitentiam agite: non enim reperitur malitia, quæ pœnitentiam ſuperet, nullum eſt virus, quod vim huius mellis poſſit extinguere. Omnibus luctatur diabolus, atque reſiſtit, & cum omnibus pugnat, contra ſolam pœniten-

tiam luctari non audet: ipſa enim ex eius faucibus ouem eripit, ex ipſíque Tyranni manibus captiuos euellit. *Et ambulans Ieſus iuxta mare Galilæ, vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius*, qui adimpleuit mandatum, quod Salomon in Prouerbiis antea ſcriptum reliquit: *Fratres in anguſtiis ſibi ſint vtiles, in iis quæ maximè conferunt, quæ maximè ſeria, inque iis, quæ maximè vrgent.* Id enim tanquam neceſſarium, & cauſam inexorabilem ſapiẽtia vocauit. *Fratres in neceſſitatibus*, inquit, *ſibi ſint vtiles.* Multos quidem cùm vidiſſet, præteriit: etenim Dominicis erant mandatis, oculíſq; indigni. *Vidit duos fratres*, non qui tantùm corpore fratres eſſent, ſed & animo, natura, ac gratia, conuerſatione, ac cognatione. *Vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus*, non quaſi eſſet Petrus futurus, iam enim per vocationem erat hac dignitate donatus: ſciebat ſiquidẽ quòd ad ipſum Chriſtus dixerat, *Tu es Simon, tu vocaberis Cephas, qui dicitur Petrus.* Ecce antequam Chriſtum confitereris,

mercedem habes, & antequam operareris in vinea, accepisti denarium, antequam aram accenderes, oblationem accepisti, antequam prædicatoris munere fungereris, es coronatus, & antequam Euangelium annunciares, tibi oblatum est præmium. Huius verò ipsius causa fuit Andreas, atque ideo Matthæus addidit, *& Andream fratrem eius*, licèt semel dixerit, *vidit duos fratres*, tamen ecce iterum subiungit, Andream benefactorem Petri pronunciare, ideoque, inquit, *Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius*. Non igitur Petrum Andreas adueniente vocatione præteriit: audisti enim dicentem ad Petrum, *Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus*. Accurre, inquit, Petre, antequam alij Petri anticipent, antequam alij primatum occupent, ipse namque vnde vult conscribit milites, hic est qui à plateis & vicis congregat, qui publicanos, & adulteras signat, vbicunque proiecerit semen, ibi tellus fructum affert, vbi plantabit palmitem, ibi statim consurgit vinea, vbi proiece-

rit retia, inde piſcium plenus inuenitur. *Vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, erant enim piſcatores.* Mirare Chriſti Domini magnificentiam, quoniam pauperes, & ineruditos, & literarum penitus ignaros, & piſcatores elegit: ſapientia enim non coadiutoribus, ſed miniſtris indiget: etenim ſapientiæ nullus aliquid impertitur, verùm potiùs ab ipſa omnes accipiunt omnia, nullúſque dat mutuò diuiti, omnes namque ab ipſo mutuò accipimus. Quid ergo erit neceſſe ſapientibus in prædicatione? oportet enim ſtultum eum fieri, qui veræ ſapientiæ particeps eſt futurus. Mirare Chriſti ſapientiam, Apoſtolorúmque electionem beatifica: qualia, vt quę acciperent, permutarunt: id enim ſignificant quæ ipſis dicta ſunt, *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.* Veterum obliuio vos capiat, carnis abnegare parentes, vt verum Patrem ſuſcipiatis, paruus vobis eſto vniuerſus mundus ſuo Creatori comparatus. *Venite poſt*

me,

me,ad vitam enim vos attollo,ad lumẽ manu quaſi duce vos adduco. *Venite poſt me*,vt Patriarchis anteferamini,vt Prophetarum ſortem recipiatis,atq; cũ ſitis nouiſſimi, primi euadatis, vt vos, qui circa vndecimã horam veniſtis, iis,qui ſũmo mane venerũt,ſublimiores fiatis. *Venite poſt me*; me enim ſequentes, illaborioſam vitam agetis, abſque argento fietis diuites, abſque medicamentis totius orbis terræ eritis medici, abſq; armis inimicis fortiores reperiemini. *Venite poſt me*; ego enim ſum lux mundi, ego ſum via,vita, & veritas,ego ad Patrem omnes dirigo, ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulare & conculcare facio leonem, & draconem,eos, qui poſt me veniunt. Laudare igitur oportebat rectam Apoſtolorum ſententiam; quod enim ad vitam degendam habebant,id deſpexêre. Retia totus erat eorum theſaurus, totæque diuitiæ: vitam enim omnem in ſagenis occupatam habebant, piſcatio ſpem vitæ eorum paſcebat; ipſi verò reliquerunt omnia, neque hæc inter ſe dixerunt,

nugas hic ſuperuacaneaſque fabulas narrat, piſcatores hominum futuros nos promittens. Vbinam talia reperiuntur retia, vbi ſagena talia valens venari, quænam ſtagna, quæ maria homines noſtris rebus offerũt? quodnam huius venationis erit lucrum, vbinam poſt venationẽ hac venatione vtemur? Verùm vocanti attendentes, confirmatíque fide, ſubque illis verbis aliquid occultari cognoſcentes ſequuti ſunt eũ, ſtatimque facti sũt ſupra terrã, viſíque ſunt Regibus glorioſiores, Angelis ſimiles, Dei miniſtri, præcones ſalutis, miniſtri, immortalitatis, Soléque, Luna & ſtellis illuſtriores; eorum enim gloria non quaſi ſub cœlum peruenies, ſed quaſi ſupra cœlũ eſt elenata, lucéq; ſuam inextinguibilẽ habẽt, curſum inceſſabilẽ, radios perpetuò fulgẽtes, quibus noſtrũ intellectũ illuminari precemur, ipſaſque fugiamus tenebras, vitæque ſalſilaginem effugiamus, ac vagum ambulãtes mare animis nociuam tẽpeſtatẽ fugiamus, fiamúſque Chriſti literarum expertium Apoſtolorum piſces

ſupernæ ſagenæ, edulia Dominicæ menſæ, qua Rex Regum cœnam ſuam parauit, noſtram ſalutem cibum exiſtimantes, cui gloria, & potentia in ſæcula ſæculorum. Amen.

SYNÆSII EPIſtolæ tres.

Epiſtola I.

CVm te nuper audirẽ philoſophiæ cauſa indignantem contra quam hominum impietas finem non haberet, quæque difficilem & valde ingratam experiretur fortunam: poſtquam qui eam ſimulant præſtigiarum varietate principibus, ac populis placent: qui autem reuera ſectantur, nec fidem merentur, & canis inſtar ducuntur: quanquam impetum amplectebar, ab indole admodum generoſa profectum, nequaquam tamen exiſtimo, cùm id accidit quod rationi congruit, quem-

quam indignari debere. Eſt autem rationi conſentaneum ea quemque, quæ nanciſci ſtuduit, inque quibus operam poſuit, conſequi: ac rurſum, quæ nec deſiderauit vnquam, nec vt contingerent operam dedit, ea non obtinere. Quòd ſi ergo alter ſapiens fieri, alter videri tantùm voluit: vterque quod ſibi conuenit, habet: dum alter eſt, alter videtur. alioqui indignè tractarentur, qui per ſimulatam philoſophiam gloriæ ſtudent, ſi alteris vtrunque, cùm alterum curaſſent, ſibi neutrum contingeret: qui tamen in id, quod erat facilius, non minori cura incubuiſſent, vt rerum, de quibus agebatur, ignaros deciperent. Atque hi quidem ſint illuſtres, & in theatris, ſi videtur, coronentur. Etenim veritate cedétes de nomine contenderunt. Nos autem, qui contemnimur (poſteaquam tu inter eos me, qui ſunt rariores, vis referre, ac mea ferè cauſa philoſophiæ fortunam deplorabas) qui igitur à reliquis contemnimur, locum eum, in quo nos ipſi collocauimus, boni conſulere debemus: neque

ſemidoctos iſtos, cùm ab indoctiſſimis quibuſque extolluntur, vel admirari, vel beatos habere. Etenim nec animi purgati pulchritudinem impuri poſſunt intueri, & ſe ipſum prædicare, cunctáque oſtentationis gratia facere, non tam philoſophicum eſt, quàm ſophiſticum. Quocirca qui multitudinis caremus applauſu, rectè dicimus. Non mihi honore hoc opus eſt: altum tribuet mihi Iupiter ipſe; eúmque in virum prudentia ſimul & poteſtate pollentem, præclarè nobiſcum agi putamus: ſic enim neque cum indignis verſabimur, neque prorſus viles ducemur. Cur igitur non medium animi locum clariſſimo pæonio tribuam, qui philoſophiam artemq; militarem, iampridé permagnis cancellis diſiũctas, in vnam reducere antiqua horũ ſtudiorũ cognatione quadam inuenta, potuit? nã Italia quidem olim, cùm eoſdem haberet, & Pythagoræ auditores, & Vrbium moderatores, non immeritò magna Græcia vocabatur: in qua videlicet Charundas, & Zaleucus leges fere-

quam indignari debere. Eſt autem rationi conſentaneum ea quemque, quæ nanciſci ſtuduit, inque quibus operam poſuit, conſequi: ac rurſum, quæ nec deſiderauit vnquam, nec vt contingerent operam dedit, ea non obtinere. Quòd ſi ergo alter ſapiens fieri, alter videri tantùm voluit: vterque quod ſibi conuenit, habet: dum alter eſt, alter videtur. alioqui indignè tractarentur, qui per ſimulatam philoſophiam gloriæ ſtudent, ſi alteris vtrunque, cùm alterum curaſſent, ſibi neutrum contingeret: qui tamen in id, quod erat facilius, non minori cura incubuiſſent, vt rerum, de quibus agebatur, ignaros deciperent. Atque hi quidem ſint illuſtres, & in theatris, ſi videtur, coronentur. Etenim veritate cedētes de nomine contenderunt. Nos autem, qui contemnimur (poſteaquam tu inter eos me, qui ſunt rariores, vis referre, ac mea ferè cauſa philoſophiæ fortunam deplorabas) qui igitur à reliquis contemnimur, locum eum, in quo nos ipſi collocauimus, boni conſulere debemus: neque

ſemidoctos iſtos, cùm ab indoctiſſimis quibuſque extolluntur, vel admirari, vel beatos habere. Etenim nec animi purgati pulchritudinem impuri poſſunt intueri, & ſe ipſum prædicare, cunctáque oſtentationis gratia facere, non tam philoſophicum eſt, quàm ſophiſticum. Quocirca qui multitudinis caremus applauſu, rectè dicimus. Non mihi honore hoc opus eſt: alium tribuet mihi Iupiter ipſe; eúmque in virum prudentia ſimul & poteſtate pollentem, præclarè nobiſcum agi putamus: ſic enim neque cum indignis verſabimur, neque prorſus viles ducemur. Cur igitur non medium animi locum clariſſimo pæonio tribuam, qui philoſophiam artemq; militarem, iampridé permagnis cancellis diſiũctas, in vnam reducere antiqua horũ ſtudiorũ cognatione quadam inuenta, potuit? nã Italia quidem olim, cùm eoſdem haberet, & Pythagoræ auditores, & Vrbium moderatores, non immeritò magna Græcia vocabatur: in qua videlicet Charundas, & Zaleucus leges fere-

bant. Archytæ & Philolai militiæ præerant, Rempublicam gerebat, & legationes, aliáque munera obibat Aſtronomus peritiſſimus Timęus: à quo etiam Plato, quæ de Mundi natura diſputaret, accepit. Quapropter felicem Italiam ad nonã vſque à Pythagora ætatẽ, donec ipſis Reſpublica fuit concredita, conſeruarunt. Quin etiam, quod Athenis fuit Elæaticum gymnaſium ex æquo literarum pariter, & armorum curam geſſit. Nam & Zeno tyrannides neſcio quot euertit ſanis inritatum partibus in eas concitatis: & Xenophon cùm calamitatibus enectos, atque moribundos decies milites accepiſſet, ab extrema vſque Perſarum ditione impedimentis omnibus deiectis, reduxit. Quid iam dicam, Dionem Dionyſij imperium occupaſſe, quod & Græcas Siculorum vrbes vnà cum barbaris non exiguis in ſeruitutem redegerat; & Carthaginenſem faſtum retuderat, & iam Italiæ littora depaſcebatur. Veruntamen contra illud amator Platonis, & amaſius ex-

terno milite collecto, in Siciliam, naui vni, eique tereti sociis omnibus impositis appulit. Ea porro ratione factum est, vt cùm Dionysius expelleretur: tum Reipub. statum Dio reddito Ciuitatibus legum principatu, mutaret. Hoc pacto olim quidem philosophia, & imperium cùm in vnum conuenissent, talia effecerũt. Quemadmodum autem reliquas res præclaras tempus omnes petulanter impetiit: sic hoc quoque temporis progressu partes duas diuisione à posterioribus facta, reliquit. Itaque dici non debet, quo se modo iam humanæ res habeant. Non enim huius causa reliqua nos pariter defecerunt bona? siquidem nulla possit Ciuitatum esse maior infelicitas, quàm potentes quidẽ stultos, prudentes verò imbecillos habere. Verùm enimuerò, tu hãc nobis coniunctionẽ reducturus videris: quandoquidem & Resp. tibi committitur, & philosophiæ censes operam dandam. sic iace. siquidem præclarum suscipis certamen cùm pro nobis tum pro Musis ne quis eas post-

hac tanquam inertes foro pariter ac militia pellat, quasi quæ vt nihil ad publicas res emolumenti conferant, ita cum puerulis colludere, atque garrire sint peritæ. Quin etiam nos tibi mansi singulos decet pro viribus porrigere: sic enim fiet, vt & tu perfectus sapiens, non mutilus, nec sola physica consideratione nixus reddaris: & Respublica talibus instructa tutoribus, rectè se habeat: & nos denique, qui honorem ab hominibus philosophiæ seruato decoro conciliauerimus, fructum capiemus aliquem. Nam hoc pacto aliter meritò quàm paulò antè euenier, cùm Sophistarum gentem dicebamus imperitiam populi sumere: itáque contingere, vt veri philosophiæ alumni minore quàm subdititij, & ascriptitij essent gloria. Sed cùm ij, qui imperant, & Ciuitatum administrant negotia non de plebe, sed mente præditi fuerint: facilè veros à falsis discernent. Nec iam difficulter fraudem populus cognoscet. Non enim verbis hos refellere, sed obscuratione oportet inducere.

Natura prẽterea fert, vt per ciuium conſenſum admirationi ſit imperium, etenim vel nunc rei nouitatem præcipuè ſecutum vulgus comatos, & audaces omnes pro magnis viris habet: & cùm alia ſophiſtarum varia genera tantùm non adorat, tum eos maximè, qui ſunt clauatores, & priuſquam loquantur, excreãt. Quamobrem philoſophiæ fortunam iuuabis, nec ipſam nihil cõmeritam accuſabis. Quod enim erat rationi conſentaneum, vt apparebat, euenit. Id quod in melius, ac decentius, tu poſtquam validiùs philoſophiã arripueris, reduces Nam ne nunc quidem ignauiter ſocietatem es auſpicatus, quandoquidem canes viciſſim allatraſti, noſtrámque Deceleam communire cœpiſti. Quare cùm partim ex iis, qui tibi antea familiares fuerunt, partim per me paulatim te cognouerim: Aſtronomiæ ſcintillas in animo tuo repoſitas exſuſcitare, quãtúmque licebit, amplificare conabor, ſiquidem Aſtronomia, cùm ipſa valde grauis ſcientia, tum ad maiora quędam faci

lè gradum prębet. Quare equidé proximum ad arcanā Theologiam traiectū duco. nā & argumentū habet beatum cæli corpus, cuius etiam motū doctissimi philosophi mentis esse imitationis arbitrantur: nec in demonstrādo dubitāter procedit, verū Geometriæ vritur, & Arithmeticę ministerio: quas qui rectā veritatis normam dixerit, nequaquā errauerit. Donū igitur tibi affero, quod me dare, & accipere te maximè conueniat: vt ab ingenio meo profectū, quatenus me plurimum obseruāda erudiit magistra, ita manu nostri tēporis in argento tractando peritissima elaboratum. de quo si pauca dissequero, id à scopo alienum non videbitur. Is autē est naturales tuos ad philosophiam impetus euocare. Si enim vnquam res intenta acie spectandi tangeris desiderio, tum tibi maius donum scientiam ipsam suppeditabo. Veruntamen iam quoque iis quæ dicuntur, fac attentum te præbeas. sphęricæ superficiei explanationem easdem rationes in diuersis figuris conseruantem Hipparchus qui-

dem

dem olim commentus eſt, ac primus etiam hoc inuentum excoluit: nos autem niſi quam nobis maius eſt dictu id ad limbos vſque pertexuimus, & perfecimus, cùm longiſſimo interea tempore fuiſſet hoc problema neglectum, poſteaquam Ptolomæus, ciúſque diſcipuli ſolo vſu contenti fuerant, quę in arologio nocturno ſtellę ſexdecim, quas in organum ſolus Hipparchus retulerat, ſatis præbebant; hac debetur illis venia, qui cum res maioris momenti etiam imperfectę eſſent, ac Geometria rudis extaret in hypotheſes animum intenderint. At nos quoniam valde pulchrum ſcientiæ corpus extruxerunt gratias beatis illis viris, qui id ſine labore per manus accepimus, agimus: nec tamen alienum philoſophiæ ſtudium cenſemus, cùm quis ornamenta iam ſuperadiicit aliqua, & ſuperuacuũ quiddam inſuper molitur. Quemadmodum enim Vrbes cùm fundantur, ea ſola, quæ neceſſaria ſunt, curant, vt conſeruentur, ac permaneant: auctæ verò non iam neceſſariis

contentæ ſunt , niſi maior ſumptus pars in porticuum pulchritudinẽ,gymnaſiorum magnitudinem ac fororum ſplendorem fiat : ita ſcientiæ cuiuſuis progreſſus in neceſſariis augmentum in ſuperuacuis conſiſtit. Explanationis igitur inuentum cùm ipſum per ſe ſtudio dignum iudicaſſemus , elaborauimus , déque eo commentarium conſcripſimus , tum neceſſaria multitudine,tum theorematum varietate refertum. Deinde rem in materiam transferre conati ſumus,ac mundanæ planitiei non turpem ſtatuam effinximus. Cúmque eadem ratione detur , & planam ſuperficiem, & æquabilem cauam fecare : quoniam eam, quæ aliquo modo caua foret ſphęricè propiorem putauimus,planitiem ſubiecta ſuperficie excauauimus : & cùm in aliis , vt organi ſpecies doctum ſpectatorem veritatis commonefaciat operam dedimus: tum,quæ ſex magnitudinum præcipuæ ſtellæ ſunt,eas impoſuimus, earúmque inter ipſas habitus obſeruauimus Iam circulos partim circùm ſuperficiẽ, par-

tim

tim per eam duximus: omnéſq; per gradus ſecuimus, ac lineas quinque graduũ indices ſolito maiores fecimus: atque adeò numerorum inſcriptiones in ipſis adauximus, & in argento, quoniã atramentum libri præbet indicium ſcripturam. Neque verò ſecti ſunt omnes æqualiter, ſiue circulorum partes, ſiue ipſos inter ſe conſideres: verùm æqualiter alij, alij ſecundùm ſenſum quidem inæqualiter, ſecũdùm rationem autem æqualiter. Id enim vt figuræ diuerſæ inter ſe conſentirent, euenire debuit, quam etiam ob rem, tum qui per polos ac per puncta tropica ducuntur, maximi circuli, quanquam ſecundùm rationem circuli manent lineæ rectæ per tranſpoſitionem theorematis prouenerunt, tum antarcticus maximis maior cernitur: tum ſtellarum inter ipſas diſtantiæ per explanationem creuerunt. Poſtremò de epigrãmatibus, quæ aureis literis eo loco qui ſtellis eſt vacuus ad antarcticum circulum inſculpſimus, poſterius quod quatuor eſt verſuum antiquum, & ſimplicius eſt

in

in Aſtronomiæ laudem: Mortalem video,me eſſe, & firmum malè,ſed cum Aſtrorum ſpiras ſcrutor, vtrinque citas. Non etiam terram pedibus contingo, ſed ipſo cum Ioue diuina repleor Ambroſia. Quod autem præcedit, octo conſtans verſibus vt meum eſt, quemadmodum & opus ipſum:ita generatim, ac breuiter ea quę in organo ſpectantur, comprehendit: éſtque potenter, ac ſcienter magis quàm eleganter confectum,ſolique Aſtronomo, quem ex organo capere fructum poſſit, edifſerit. Etenim ſyderum ſitus promittit; at non ſecundùm Zodiacum inquit verum æquatorem. aliter enim ſe rem habere non poſſe compertum fuit. Deinde partium Zodiaci obliquitates ſecundùm æquatoris videlicet partes dari indicat. Denique pares exortus, ideſt quot æquatoris gradus, cum quot Zodiaci æquatorem perrāſeant. eſt autem tale. Nam eorum, qui poſt lecturi ſunt, cauſa deſcribetur: quandoquidem tibi vel in tabula poſitum ſufficit.

Rep

Repperit in cælum (miror) ſapientia cælem,
Altáque mens adytis venit ab æthereis.
Et iam ſpherarum potuit cana pãdere terga,
Nec ſimili circos ſcindere lege pares.
Sidera quotquot erunt illũ ſpectabis ad orbẽ,
Sol, in quo nocti comparat orbe diem:
Nec non Zodiaci curuamina: diſcere ſi vis
Queis coeant æquans Zodiacúſque locis.

Sacra nox adeſt lucem expiatis adferens quanta ſol interdiu infulſit. Neque enim cum opifice vel quod eſt in terra pulcherrimum comparari debet, neque etiam opus eſt lux illa, quæ animas illuſtrat, & aſpectabilẽ illuſtrauit ſolem præſentis beatitudinis teſtimonio. Quod ſi tales permanſeritis, cariorem vobis hunc diem, quanquam non perpetuo reddetis. Nunc per vrbem veſtrum vnuſquiſque nuncius vagatur: nunc de vobis dictum exiſtimatis illud, in terra poſiti, & in cælo verſantes. Cauete, ne dignitatem amittatis: difficulter poſt purgationem eluitur macula: Leontopolitæ conſilium quam pro natura ſua clementius ceperunt,

ſuis enim omiſſis vicinos legum violatarum accuſarunt. ſiquidem hactenus fratres ad fratres, & filius ad patrem, & pater ad ſobolem lictores aduocauit. Sed fortè nec ſic quidem auitas illas deſinunt mutuas cædes: verùm vt priuatim quiſque ſocium, ita communiter Ciuitas vicinos infeliciter datos inuadit. Nec enim ferendam putant niſi etiam publicæ Ciuitatis habitus accuſatorius cernatur, & calumniatoris ſubeat locum. Veruntamen nobis manifeſtum innocentiæ argumentum ipſæ præbent accuſationes, poſtquam ad iudicis auditionem peruenimus. nos verò agros colere, non cauſas agere didicimus. Cur ergo poſteaquam iam olim ſuum ipſis attributum fuit hoc tranſilire & ad nos, qui multò vehementius vrimur, conferre ſe volunt: quíque ſiticuloſiores, & iniquo ſitu ſumus iis perpetuo, quod ſupereſt, vendunt? Quoniã hoc anno nihil pecuniæ ſuperfuit, id nobis calamitati eſſe cupiunt. Huc accuſationes priores neque alius eſt decretorum ſcopus. Quin etiam alterum

quid

quiddam fatentur, quod à nobis & primis, & solis est proferri æquum: quandoquidem iniustissimum ipsorum consilium patefacit. etenim procul calumniæ iacto fundamento, quò possent aquis alienis impunè frui, in seuerum hoc iudicium se intulerunt.

Epistola II.

POsteaquam nec Philosophiam alienam sector, & humanissima religio communitatis amorem conciliat: tum à vobis vocatus parui, tum quam ob causam Ciuitates duæ concurrerunt, lubens cognosco. student enim opinor & nunc, & in posterum erga rerum præclarè gestarum auctores grati esse, ac videri. Quapropter & communes populi voces excepi: & siquis propriè sermonẽ habuit, simul omnes collaudaui. Verùm enimuerò me quoque laudatorem esse decet: siquidem & me magis, quàm reliquos res communes attingunt; & gratias pro singulis, vel

priua

priuatis,vel rebus publicis à me deberi benemeritis arbitror. etenim quæ pro cõmuni bono preces oportet cõcipere, non ei,qui per expeditionẽ ac reliquam diligẽtiã illud auxerit, gratias debebit? cur autẽ qui ſudore voti,vt cõpos fiam, effecit,honore ſũmo nõ afficiã? vt mali malè perirẽt barbari equidẽ à Deo cõtendi verũ Anyſij manus Dei nutu procurarunt. Ex equitibus certè,qui nuper plures mille eruperant,ne quintã quidẽ partẽ aiunt eſſe reliquã.etenim viuũt ij, qui dinumerarunt cadauera;neque hæc magno cum exercitu,verũ quadraginta ſtipatus militibus effecit.Ac nihil equidem,quod ſecius ſit de equitibus,ac peditibus, quibus demenſum damus,loquar: verum hic Vnnigardis ad omnia vtẽdũ cenſet.At multos iſtos ne ſpectatores quidem alienorum eſſe factorum voluit. Hi ſunt eius ſtratagematum capaces.Horum eſt contubernalis,ac tribunus.Horum eſt commilito, atque Imperator.Cum his armatũ per regionẽ curſum decurrit: & vt celeriter quò vult,peruenit:ita quocunq; peruenerit,

vin

vincit. Hi ſi numero vſq; ad ducentos augeãtur, auſim Dei ope fore polliceri, vt in illorũ agrũ hic iuuenis bellũ trãſferas Aniſio Imperatori Vnigardas ducentos poſtulabimus, ſi à barbaris cognatos volumus repetere. Vtinã ſpolia diſtribui videã, proque barbaricis mãcipiis eũ, qui hactenus fuit ſatrapa ſeruire. Hæc antè tantũ optare, nũc etiam ſperare licet. Nã quæ ſunt ante oculos certa futurorũ pignus extitêre Ad hæc igitur Anyſius ducentis imperãs eſt opus. Hic Vnigardis & per naturã, & per artẽ vti nouit: hic eos armare poteſt, ac tractare. Vnigardę cum Anyſio robora ſunt, & manus. Abſq; hoc verò etiã horũ quadraginta, vt robur laudare poſsũ, ita animũ pręſtare nolo. De hoc mittãtur, qui ad Regẽ referant, ac tũ milites laudent, tũ generoſo viro, & ſi quod aliud meretur cognomẽ tẽpus poſtulẽt. Nõ hic bellũ quod in pace per militum inſolẽtiã, & ductorũ iniuriã barbarico ferè difficilius extitit, cõfecit? ſub quo quidẽ ſolo Imperatore priuat⁹ quilibet vim paſſus milite cõfidentius loquitur.

Iam

Iam quem licet incorruptissimum vocare? An qui etiam legibus concessum lucrum aspernatur? Pius porro quisnam sit magis, quàm qui à Deo facta, dictáque cuncta auspicatur? Quas ob res omnes longam, & lautam senecturem crescente cum annis virtute, cunctos ipsi etiam hîc optare æquum est.

Epistola III.

EQuidem quid vel dicendum sit de præsenti clade ignoro. Nam nec dicere licet iis, quos est necesse plorare: nec oratio rebus exæquari possit. Quin etiam lacrymæ nonnullos ad miseriarum magnitudinem attonitos defecêre. Veruntamen quoniam Deus quidem plorantes audit, debet autem hoc etiam Romanis principibus innotescere: scribe tu ad quos licet eorum, qui in Regis concilium rumorem possint introducere. annunciet aliquis breuiter pentapolim ante tres dies possessionem etiam Regis bonam fuisse, vt

aliis

aliis impotentiorem, ita potentioribus beneuolentiorem. Norunt id quicunq; Rempublicam diligenter geſſerunt: in quibus Anthemiũ primo loco poni & audio, & credo. Nouit igitur, quibus temporibus, ac præcipuè tyrannicis, extra culpam Regi fuerimus. Sed hactenus Pentapolis. Verùm heri, & nudiuſtertius gentem amisêre Romani principatus ſuos abſque Pentapoli numerantes, periit nunc funditus Pentapolis, periit, cùm ſeptimum quidem iam annum non rectè habuiſſet. Verùm inſtar animalis moribundi ad ſe rediiſſet. Anno tempus eius auxit felicis memoriæ vir Anyſius, vt omnium ſcutis ita Vnigardarum manibus ritè vſus. Quocirca quędam dabatur mali mora. Nec enim totis copiis in regionem effundebantur: ſed quaſi latrocinia exercerent, aſſiliebant, ac reſiliebant. Poſtea verò quàm trium eos prœliorum pœnituit, nunc æquis agri conculcantur: nunc obſidentur milites alius alio diſſipati, quod ſub cerealio malum contigit, nec inter ſe, quoniam con-

iun

iuncti non fuêre, vtiles. Quaprop
ſplendidæ ſunt res hoſtium. Qui pr
re anno ſuccincti, & ad fugam er
compoſiti, nunc nos obſident. Nu
pagorum dirutis mœnibus lato Vr
exercitu circundant. Quid enim il
non ſucceſſit? Aſuriani Thracum equ
tum induere thoraces nó propter vſu
verum irridentes habitum ſcutis inſ
per Marcomännorum ſunt vſi. Rom
ni milites facti ſunt velites hoſtiu
miſericordia ſalutem conſecuti. D
ploro viros non exprobro cladem: qu
cuim contra multis partibus plures
giſſent, qui per partes ipſis cunctis o
currerunt? Vnigardæ Dei quidem
roboris, & armorum peritiæ ratio
ſeruantur: verùm in expeditione, quo
magnum intuliſſent hoſtibus malun
in quos à ducibus non vltrò dimitte
bantur, verùm ſi fortè canum ritu
rumperent. At hi rurſum eos ligaban
ac priuſquã curſu, atque cæde ſatiarẽ
tur reuocabant. Atqui Vnigardis etiam
agmine poſteriore compoſitóque ex
ercitu erat opus: oportebat enim opi

nor phalangis tanquam efficacis gladij acriorem quidem partem præfigi, robuſtiorem autem ſubmitti. ſiquidem ita magis ictus penetrat. ſed prorſus eorum copiæ ſatis magnæ non ſunt ad bellum gerendum tale, quod ne in noſtris quidem locis facile gereretur, niſi quis in hoſtilem agrum Vnigardas traiiceret. Itaque militibus quadringentis opus eſt, aut antè potius opus erat vnà cum duce quam nos funditus periremus, quam hoſtium res incrementum tantum acciperent, poſtremis his temporibus mulieres quoque militarunt. viderunt, viderunt permulti mulierem ſimul & gladium, & infantem gerentem. Quis non tutum admiratur bellum? Pudet me ſuſcepti pro me ipſo, pro temporibus, pro Republica metus. ô priſcam Romanorum fidentiam! Qui omnia vbique vicerunt, qui continentes trophæis coniunxerunt, nunc à miſera, & vaga gente poſt Græcanicam, Africã amiſſam etiã Alexandria ad Ægyptum ſita metuunt expelli. Vt illud opum ratione maius eſt,

ita hoc ad gloriam non minus ſi quis pudorem, ac decori rationem aliquam habet. O confidentia cum quanta Regionem circundederunt! Nec mons is vllus fuit inuius, nec firmum vllum propugnaculum, totam peruagati ſunt, totam perſcrutati. Ætatem omnem abduxêre ſeruam. Apud Græcos olim aiũt hiſtorici mulierculæ & pueruli populationum relinquebantur monumentis: ſed aliter longè cum Pentapoli eſt actum. Quid enim Auſuriano muliere ſit, & infante gratius, vt videlicet illæ pariant, hi adulti militent? etenim parentum loco beneuolentiam nutritiis tribuunt. ô miſera quam deducimus colonia! captiua ducitur iuuentus hoſtiũ auctura turmas: veniet populus in patriã hoſtilis; vaſtabit iuuenis terrã, quã puer etiam cum patre coluit. Nunc eſt in itinere. Nunc abducitur, nunc eſt captiua Pentapolitana iuuentus, ac opẽ non fert quiſquã, nec poteſt. Atqui ducem eſſe paratum aiunt. Verùm haud ſinent Alexandrini quotquot Pentapoli malo Ciuitatis fato

mili

militarunt. Cur enim insontem quis reprehendat, cui & senectus grauis, & morbi accessio diuturna veniam impetrarunt? Alioqui facillimum fuerat superbum Deóque inuisum exercitum si duces habuissemus impietatis pœnas reposcere. Quibus hi templis, quibúsve sacris pepercerunt? non multis in Barcænorum locis recentia subruerunt sepulchra? non per hos cuncta nostri vineti templa sunt in cinerem redacta? nonne mensas quidem sacras carnificinæ táquam prophanas exposuerunt: vasa verò mystica, quæ publicæ libationi seruierunt, dæmonum destinata cerimoniis ad hostes portantur? Quid horum autis ferre pia potest? etenim qui propugnacula vastata prædam, supellectilem, boues, oues, quantum à barbaricis latrociniis relictum, cauernis creditum fuerat mentione dignatur, is tantis in malis minutias consectari videtur. Veruntamen, & quinque millia camelorum sarcinis onerarent, & triplo plures per captiuorum accessionem remigrant. Obiit Penta-

plorum relinquendorum cogitationem: abire quidem nauigio neceſſe erit: verùm cùm ad nauem quis vocabit, paulùm vt moretur, petam. Priùs in Dei me templum conferam. Aram circumibo. lacrymis precioſiſſimum rigabo ſolum. non diſcedam, priuſquam portam illam, & ſolium illud amplexer. ô quoties Deique fidem implorabo, méque reflectam! ô quoties cancellis manus admouebo! ſed valida res eſt, ac violẽta neceſſitas. Cupio ſonum tubę expertem oculis dare, quouſque ad propugnaculum ſtabo? quouſque locũ excubiarum ſeruabo? nocturnas denũcio vigilias, & cuſtodiens viciſſim, & cuſtoditus. Qui olim ad ſtellarum ortus multùm vigilaui, nunc ad hoſtium inſultus excitor: ad aquam dimenſam ſomnum capimus. mcũque dormiendi tempus nõ rarò tuba vigilum intercipit. Quòd ſi paululum conniueo: ô triſtitia! quæ nobis curæ conciliant diurnæ ſomnia finis laboris eſt laboris initium, fugimus: capimur: vulneramur, colligamur, diuendimur: quoties

cum gaudio ſurrexi; quoniam herum effugeram: quoties anhelus, ac ſudore madens ſurrexi omiſſo ſomno pariter, & curſu, quem vt hoſtem armatum fugerem, intenderem. Solis Heſiodus nobis nihil ait ſpe in dolio relicta. Diffidimus omnes, ac deſperamus. Quæ vulgi celebratur ſermone vita non vitalis haud eſt alia viri quàm noſtra. Quæ mora? Quid cunctamur? inuiſo Deo Pentapolis eſt: pœnis traditi ſumus. Etenim locuſta non eſt malum grauius, ignis autem, qui ante hoſtes Vrbium trium ſegetes populatus eſt, quem habet malorum finem? Si his careat incommodis inſulę, equidem cùm deſæuierit mare, nauigabo. Sed ne priùs me occupet malum, timeo. Propè enim abeſt incurſus dies, quem Vrbi fecialis (vt aiunt) hoſtilis interpres exercitus denunciauit. illud maximè tempus curſum ad aulas Dei Sacerdotibus neceſſarium reddet, ſi ad extremum deuenerit Ciuitas, equidem locum meum in templo ſeruabo. pura prætendam gutturnia, ſacris adhærebo co-

lum

lumnis, quæ ſacram à terra ſuſtinent menſam. illic & ſedebo viuus, & iacebo mortuus. Dei ſum Sacerdos, & animam fortaſſis offerre me oportet: nec tamen incruentam aram Sacerdotis cruore Deus maculari ſinat. ſis rebus, & ſermonibus fortiſſimus. Quem cuncta Thalelæe doctrina decuit.

INCIPIT SERMO S. Anſelmi Archiepiſcopi, de æterna beatitudine.

In Cluniacenſi capitulo ad Conuentum habitus.

MVlti homines, quibus nonnunquam boni mores, & iuſta opera ponuntur, & vt ſe in eis, ſæculi vanitate poſtpoſita, exerceant, admonentur, inquirere ſolent, quamobrem, quo præmio, qua retributione reſpondetur itaque illis, quod ſcriptum eſt,

quid nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit Deus iis, qui diligunt illum. Quod cùm illi non clarè quid sit, aduertere possunt, repetitur hoc ipsum aliis verbis, & dicitur eis, Præmium, quod iis, qui in hac vita Deo seruiunt, in futura vita recompensatur, vita æterna, beatitudo æterna, æterna iucunditas, sufficientia scilicet est omnium commodorum secundùm voluntatem, & sine omni indigentia. Hæc ergo cum illis hoc modo dicuntur, bona quidem & magna, vt sunt, esse videntur, sed quia non intelligunt quid in ipsa vita æterna habituri sunt, nec subitò, quid sit omnium commodorum secúdùm voluntatem sufficientia, & sine omni indigentia, percipere possunt, hærent animo, nec multum efficaci ad audita sapore trahuntur. Quid ergo agendum, vt hæc illis aliquatenus sapiant, & sic ad opera bona euigilent? puerorum more cibandos existimo, qui siquando grossum aliquod pomum edendum percipiunt, illud ob dentium

teneri

teneritudinem; & oris angustiam absumere nequeunt, si pro illorum capacitate primò non fuerit particulatim diuisum. Itaque diuidamus in partes magna quæ diximus, vt inde possint ad vitam nutriri, de quibus agimus, quæ vt meliùs eluceant, consideremus, quæ in hac vita mens amat humana, & ex his, prout possumus, coniectemus, & ea multò excellentiùs eos habituros in vita futura, si quidē inter mundana temptationum pericula cōstituti, Dominica fuerint præcepta secuti, atque cùm ipsa illic adepti fuerint, plenitudine desiderij sui se nequaquam fraudatos percipient, hæc, inquam, faciamus, & à mininis paulatim progrediamur, ecce vt primò quæ ad corpus attinent bona, succinctè enumeremus, ista, vt exstimo, sunt quæ propter se, & propter quæ alia quæq; ab hominibus adpetuntur. Pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, diuturnitas vitæ. si autem in his aliqua sūt, quæ aliquando serui Dei non modò non adpetunt, sed etiam magnopere

in hac vita curare ſubterfugiunt, vt ſunt verbi gratia, pulchritudo corporis, atque voluptas, vtique non idcirco id faciunt quòd ea naturaliter nolint, ſed ne Deum in eis quoquomodo offendant. Nam ſi per ea nil offenſionis in Deum contrahi poſſe certò ſentirẽt, vel ſe ab amore æternorum impediri non pertimeſcerent, profectò iucũdiùs in ipſis, quàm in eorum contrariis ſeſe deducerent. His ità prælibatis, ſingula quæ propoſuimus, breui tractemus, & qualiter illis poſt corporum noſtrorum reſurrectionem perfruemur, prout Dominus dederit, explicemus. Itaque pulchritudo bonum quoddam eſt, & quod naturaliter à cunctis haberi amatur. In illa igitur vita, pulchritudo iuſtorum Solis pulchritudini, qui ſeptẽpliciter quàm modo fit, ſpecioſior erit, adæquabitur, quemadmodum diuina Scriptura teſtatur, *Fulgebunt*, inquiens, *iuſti, ſicut Sol in conſpectu Dei.* Adhæc corpus Dominicum claritati Solis prælucere, neſcio aliquem poſſe ambigere, & ei ſimiles, atteſtante Apoſtolo,

erimus, qui dicit, *Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corporis claritati ſuæ.* Iſta fatetur auctoritas, cui contradicere, ſcitur eſſe nefas. Hæc tamen ſi quis velit ſibi ratione probari; credo nulli debere incredibile videri, & iuſtos pulchritudinem Solis in illa vita, vbi mortale hoc abſorbebitur à vita, ſortiri, cùm verè dicantur, & ſint templum, & ſedes Dei. quod nuſquam in diuina pagina de Sole iſto viſibili meminimus legi. Velocitas, quæ pulchritudine non minùs amatur, tanta nos comitabitur, vt ipſis Angelis Dei æquè celeres ſimus, qui à cælo ad terras, & à terris in cælum, dicto citiùs dilabuntur. Quæ celeritas ſi, vtrùm ſit in Angelis, probari neceſſe eſt, exempli gratia dici forſitan poſſet, hominem mortali adhuc carne grauatum mox à Iudæa per Angelum in Chaldæam delatum, indeque tradito prandio, quod deferebat, ſine mora relatũ. Ergo cum iſtis omnino par velocitas illis erit, quibus, ſicut promiſſa eſt, illorum æqualitas inerit. Apoſtolus etiam,

qui corpora noſtra, quãtacumq; locorũ intercapedine ſeparata mẽbratim fuerint, ſiue diſperſa, in ictu oculi adſerit reſurrectura, ſatis innuit quam velocitatem eadem corpora iam incorruptibilia ſint habitura, *corruptibile quippe hoc*, ſicut ipſe teſtatur, *incorruptionẽ, & mortale induet immortalitatem*. Huius quoq; velocitatis exemplum in radio Solis licet intueri, qui ſtatim orto Sole in plaga Oriẽtali, & pertingit in vltima plagę Oriẽtalis, vt in eo perpẽdamus, non eſſe impoſſibile, quod de noſtra dicimus futura velocitate, preſertim cùm rebus animatis ſoleat ineſſe maior velocitas, quã inanimatis. Huic radio Solis ſimile velocitatis exemplũ habemus in nobis. radius quippe oculorũ noſtrorũ in ſubleuatione palpebrarũ cęlũ vſque pertingit, & in ictu earum totus in ſemet atq; integer redit. Ampliùs cõſtat quidem animas Sanctorũ, quæ iam cęleſtia tenẽt, nõdũ plena fœlicitate frui, donec incorruptibilitate corporũ ſuorũ potiantur Quam cũ adepti fuerint, nõ erit quid amplius velint. Hæc itaq; corpora

ſi eas

ſi eas à ſua velocitate aliquatenus tardiores aut gradiores efficere deberent, nimirum potiùs eorum cõſortium abhorrerẽt, quàm adpeterẽt. Igitur ea quã dicimus velocitate perfungemur, cũ in vera vita fuerimus. Poſt has nominauimus fortitudinem, quam pleriq; peroſa imbecillitate plurimùm amant. Præſtabunt igitur viribus quicumq; ſupernis meruerint ciuibus adſociari, intantum vt nullatenus illis abſiſtere quicquã valeat. Vel ſi mouendo, aut euertẽdo voluerint quid à ſuo ſtatu quomodocunque diuertere, non illico cedat, nec in eo quod dicimus maiori conatu laborabunt, quã nos modò motu oculorum noſtrorũ. Ne quæſo excitat animo, quã adipiſcemur Angelorũ ſimilitudo, quatenus hîc, aut in his, quę dicturi ſumus, aliud exemplum non occurrerit, ipſa occurrat, atque in quibus Angelos valere cõſtiterit, & nos æquè valere probet, & adſerat. Neminem autem qui dubitet exiſtere puto, Angelos ea qua volunt fortitudine fungi. Sed fortaſſis quæret aliquis, quid nobis tunc

illa

illa fortitudo præſtet, cùm ſingulis tam conuenienter, vt cõuenientiùs nequeant, vbique diſpoſitis nil mutandum, nil euertendum, nil ſtatuendum ſit, in quo vires ſuas quivis exerceat. Qui hæc dicit, paucis, nobis, cum quid in huiuſmodi habeat vſus humanus, attendat, & videbit, quia non ſemper omnibus, quæ habemus, & quæ nos habere non parum gaudemus, actu vtimur. ſicut verbi gratia, viſu ipſo, poteſtate aliqua, ſcientia rerum nonnullarum, & multis in hunc modum. ſic & tunc de qua agitur fortitudine, erit; ſola namque poſſeſſio eius grata nobis erit, & exultatio grandis, licèt nequaquã ſit nobis in actu cunctis, vt dictum eſt, in ſuo ſtatu locatis. Hæc eadem quæſtio ſi aut de velocitate, aut de aliquo eorum quæ ob præpoſiti operis intentionem dicturi ſumus, quemlibet mouet, eam, qua hîc ſoluta eſt, ſolutionem; ſi aptiorem non habuerit, accipere valet. Hin ſecundùm quod præpoſuimus, o dine ſuo libertas ſequitur, quæ ſupe

riori

rioribus non minùs diligitur. Quicumque igitur Angelorum fuerint ſimilitudinem adſecuti, eorum quoque libertatem neceſſariò adſequentur. Itaque ſicut Angelis nihil obſiſtit, nec aliquid eos impedire vel conſtringere poteſt, quin pro velle ſuo cũcta liberrimè penetrẽt, ita nõ erit obſtaculũ vllũ quod nos retardet, non clauſura, quæ nos detineat, non elemẽtum, quod nobis ad velle peruium non omnino exſtet. Exempli cauſa. Certè Dominicum corpus, cui corpora noſtra cõfigurãda Paulus teſtatur, vt ſuprà meminimus, clauſo ſepulchro à mortuis ſurrexit, ac demum ad Diſcipulos obſeratis ianuis palpandum introiit, nobiſque in hoc libertatis futuræ documentum grande reliquit. ſuper hæc ſanitatem amari ab hominibus diximus. Et de hac quid melius dici poterit, quàm quod Pſalmiſta canit, *Salus*, inquiẽs, *iuſtorum à Domino*? Quibus autem fuerit à Domino vera ſanitas, quæ ſubripere valebit infirmitas. Verùm de iſta ſanitate, quam in futuro ſæculo habebimus, quod exẽplum

adferre queam, vt, quæ ſit, intelligatur, non video: quia nil ſanitatis, quod ei cõparare poſſim, aut ego in me, aut aliquis ſub mortali carne degens ſenſit in ſe. Hîc etenim tum nobis ſani videmur, cùm nihil in nobis quod doleat ſentimus. fallimur tamẽ nõnunquã in hoc. Nam frequẽter in aliqua parte corporis infirmamur, nec tamen hoc ipſum niſi aut motu corporis, aut tactu aliquo vllo pacto experimur. At de iis, qui nec ita infirmantur, ſed omni ex parte ſibi ſani eſſe vidẽtur, quid dicemus, vt vtrũ ſint, vel nõ ſint ſani, probemus? Propone tibi aliquẽ ſaniſsimum corpore, & de ſanitate illius ſcifcitare; ſanus eſt ſuo iudicio. hic talis paulò duriùs tãgatur, aut in aliqua ſui corporis parte arctiùs cõſtringatur, & ſtatim videbis, quia clamabit, Sine, lædis me, vexas me. Quid eſt hoc? Nónne priùs ſe eſſe ſanum dicebat? & nũc modicè tactus ita doleter ſuccclamat. Iſténe tibi ſanus videtur? nõ puto: Nequaquã ergo ſalus huiuſmodi nobis dabitur, quorũ ſalus à Domino futura eſſe ſpecialiter reprómittitur. Nã

abſter

absterget Deus omnẽ lactymã ab oculis Sãctorũ suorũ, & iã nõ erit ampliùs neq; luctus, neq; clãmor, neq; vllus dolor, quoniã priora transierũt, & nõ esuriẽt, neq; sitient ampliùs, nec cadet super illos Sol neq; vllus æstus. dextera. n. sua Deus teget eos, & brachio sãcto suo defẽdet illos. Quid itaq; eis nocere poterit, quibus dextera Dei regumentũ erit? Qualis autẽ sit sanitas illa, certè scio me nec meo, nec alicuius sensu, vel experimẽto accepisse. Febriũ verò, & diuersarũ infirmitatũ qualitate si cuiusmodi sint, quibus interrogaret facilè forsã intelligẽdas exponerẽ, cùm quia ego illas in me, tũ quoniã ab eis accepi, qui eas quę sint, experimẽto didicerũt in se, at quod nec sẽsu percepi, nec ab vllo qui perceperit, vt dixi, accepi, nõ eodẽ modo. Credere tamẽ, & incũctãter, vt mea quidẽ fert opinio, adstruere licet, sanitatẽ vitæ futuræ ita iugẽ, & incõmutabilẽ, atq; inuiolabilẽ fore, vt ineffabili quadã, atq; sensibili suauitatis dulcedine totũ hominẽ repleat, & õe, quod alicuius in se vicissitudinis, mutabilitatis,

aut

aut læsionis suspicionem prætendere queat, procul arceat, atque repellat. Hæc de sanitate dicta sint. Hinc eo ordine, quo singula, de quibus instituimus tractare, proposuimus, voluptatem subiunximus, quã alio nomine corporeorum sensuum delectationẽ appellamus. & hæc quidem magnopere solet amari. Corporis sensus in iis, quæ sibi cõmoda iudicant delectantur. Delectantur quippe, vt verbi gratia paucis dicantur, odoratus odoribus variis, & gustus rerum diuersarum saporibus diuersis, nec ne singuli sensus his, & illis, iuxta quod cuique ferè naturalis adpetitus. Istæ tamen delectationes nõ sẽper delectãt, sed suis quoque amatoribus sui nonnunquã tædium ingerunt: transitoriæ namque sunt & bestiales. Illæ verò in futuro sæculo plenè iustis administrabuntur, perpetes sunt, & rationabiles. Quare non video vt qualiter intelligãtur possit edici, præsertim cùm in delectationibus vitæ præsentis, quo eas designemus exẽplo, nequeat inueniri. Delectationibus etenim illis quò magis

quisq; vtetur, eò feruẽtiùs illas amplectetur, quia ex earum saturitate nullum fastidiũ vlli creatur. Quas delectationes neminem in hac mortalitate viuẽtem esse puto, vel fuisse, & qui senserit, vel gustauerit, vt illarum saporem, vel habitudinẽ cæteris digerere possit. duas enim beatitudines, & itẽ miserias duas, maiorẽ videlicet, atq; minorẽ, esse nouimus. Maiorem beatitudinẽ, regnum Dei, minorẽ dicimus esse, in quo Adam primò positus fuerat, gaudiũ paradisi. Item maiorem miseriã æternum ignem gehennę, minorẽ fatemur, quas incessãter patimur ærumnas præsẽtis vitę. Beatitudinẽ autẽ neutrã aliquando experti sumus. quòd si saltem illã paruã beatitudinẽ, quã Adam in paradiso positus habuit, experti essemus fortè per hanc, illã maiorẽ aliquo modo coniectando videre possemus, sicut nunc in minori miseria nati, nutriti, & adulti, multa de maiori miseria, quotiens volumus, edicere, & explanare valemus. Itaq; cũ delectatio, qua de agimus, cõstet esse vna portio magnæ beatitudinis, quo illam

modo

modo explicemus, vt capiatur, nonnihil video: nisi fortè id agamus aliqua contraria similitudine magnæ miseriæ, quam ex minori coniectamus. Sit igitur ante oculos cordis positus, exempli causa, homo aliquis, qui tam in ipsis oculorum suorum pupillis, quàm & in singulis membris ferrum ignitum, & candens infixum habeat, ita vt nec medullæ, nec intestina, nec omnino quidquam in toto ipso cruciatus illius immanitate vacet, vel eam leuiùs quàm in oculis aliquatenus sentiat. quid dicam? angustiatur. quis hunc existimet sanæ mentis inter ist..? Eodem modo, sed penitus contraria consideratione, in illa futura vita ineffabilis delectatio quædam bonos inebriabit, & dulcedine sui totos eos inæstimabili exundantia satiabit. Quid dixi totos? oculi, aures, nares, os, manus, pedes, guttur, cor, iecur, pulmo, ossa, medullæ, exta etiam ipsa, & cuncta singulatim, singulaque membra eorum in commune, tam mirabili delectationis, & dulcedinis sensu complebuntur, vt verè

totus

totus homo torrente voluptatis Dei potetur,& ab vbertate domus eius inebrietur. Qui ergo hæc bona fuerit adeptus,nõ intelligo ad quid pro commodo corporis sui vlterius porrigatur adfectus. Solummodo adsit ei,quã cũctos adpetere diximus,diuturnitas vitæ.Sed ista illi minimè deerit , quia *iusti in perpetuũ viuent* , sicut Scriptura dicit. Sunt etiá alia,quæ quidẽ iis,quę digessimus, non minùs amãtur,sed ad animã, sicut illa ad corpus,referuntur. Quæ nihilominus in septenario numero constituta,non modicùm placent menti , quæ ipsorum fuerit sapore imbuta. Sũt autem hæc,sapientia,amicitia,concordia, potestas,honor,securitas,gaudium.Sapientia igitur , quam omnes & in hac vita non vtiliter amant, tanta in futura vita bonis erit,vt eorum, quæ scire voluerint,nihil sit, quod ignorent : scient enim cuncta, quæ scienda fecit Deus, tam ea quæ præterita , quàm quæ huius sæculi sunt futura. Ibi à singulis omnes , ibi ab omnibus singuli cognoscentur , nec quemquam

omni

omnino latebit, qua patria, qua gente, qua ſtirpe quis editus fuerit, vel quid in vita fecerit. Hîc fortaſſis ait aliquis, quid eſt hoc, peccata quæ feci, ſcient omnes, ad hoc ea confeſſus ſum, vt delerentur, vt obliuiſcerentur, vt nulli ampliùs panderentur. Bene, ſed cùm tu illa gloria ab omni criminis ſorde purgatus, vultui Dei præſens adſtiteris, ingratúſne ei eſſe poteris pro tanta miſericordia, quam tibi fecit, remiſſis illis delictis tuis? & vnde gratias ages, ſi nihil eorum, vnde illas iure debeas, in tua memoria habes? Vt igitur in illius laudibus æternaliter iucunderis, ſemper de quanta ſis miſeria erutus, vt puto, coràm habebis. Cùm ergo ſingulorum conſcientiæ ſingulis pateant, fateri audeo ea quoque cunctis patere, pro quorum curatione tu Deo iugiter gratioſus exiſtes, non ad tuam confuſionem, ſed ad magnam Dei glorificationem, tuámque gratulationem. Nec enim tunc pro peccatis tuis te maior cordis anguſtia premet, ſceleráque tuorum magè pudebit, quàm aliquem

magnis olim vulneribus ſaucium, iamque omni ex parte ſanatum aboliti languoris moleſtia premit, vel eorũ, quę in via poſitus infás egerat, nũc grandæuũ pudet. Tunc quippe cùm integra ſanitas, perfecta munditia, plena remiſsio, ſecura omnium offenſionum impunitas tibi certò arriſerit, cognitio eorum quî magis horrori tibi eſſe valebit, quã eſt modò beatiſsimo Apoſtolorum Principi Petro, quia Chriſtum negauit, abiuratio ſua: beato Paulo, qua perſecutus eſt, immanitas ſua: Beatæ Mariæ Magdalenæ peccata ſua, & multis aliis multa, quę ſciuntur iam donata, crimina ſua? Verũ ſuper hoc agnitis delictis, velut enormi ac fœda infirmitate tua, pietas, virtus, ac ſapientia medici, qui te ſanauit, ſublimius à cunctis admirabitur, laudabitur, magnificabitur. laus autem & magnificentia Deo gloriæ tua, ſi bene aduertis gloria eſt. Sed dices, & quidem conſenſio, laudem Dei gloriam meam eſſe. Verùm cùm hinc inde tot, & tot ad comparationem mei innocentes prodeant, qui conſideratis

vitæ meæ obſcœnitatibus, me omnino, ſic æquũ erit, horrori habendũ iudicẽt, quid dicã? Iuſtitia nẽpe ſuũ, & ſuũ iniuſtitia præmiũ exigit. In his, frater, noli timeas, aliter erit, quàm exiſtimas. Illũ ſi quidẽ, quem tu tibi cõparatum iudicas penitus innocentẽ, non ibi reperies de te, quemadmodũ æſtimas, ſentientem. Namque vidẽs te ille, quo de agis, planè intelligit te nequaquã ſe, ſed Deũ quãdo peccaſti, offẽdiſſe. Cùm ergo viderit Deum tibi ſua debita funditus dimiſiſſe, nec in cor ſibi aſcendet, vt te deinde aliquàtenus iudicet. In hoc enim ipſo Deum ſe offendere cognoſceret, ſi te deo per omnia reconciliatũ, pro iis quę olim feceras, vllatenus contẽnendũ cogitaret. Magis autem gratioſus admirabitur ineffabilẽ Dei clemẽtiã, non ſolũ in te, ſed & in ſe: in te, quia de tã profũdo iniquitatis eripuit te; in ſe, quia ſola gratia eius, ne in idẽ profũdum rueres, tenuit. Se laudãdo igitur magnificabit in te poſt gratiã Dei, vim atq; conſtantiã quibus cnitẽs voraginem tanti mali viriliter euaſiſti, quã, iuxta quod ipſe

cõsiderabit, si derelictus à Deo simili modo incurrisset,nõ ita forsitã euasisset. Vides igitur quã nil improperij vulgata cognitio peccati tui,immo quã multũ laudis , & gratiarũ cognita remissio sui generabit.Ipsi etiã Angeli si te societate sui propter tua peccata indignum vellẽt iudicare,habes qualiter cõtra eos iure te possis defensare. Quonã, inquis, modo.Audi.Propone Angelorũ aliquẽ, quasi talia tibi improperantẽ.Tu homo de puluere factus,tu puluis quãdoq; futurus cõtra Deũ te extulisti, cõtra præcepta eius,te in cœnũ omnis peccati,& immũditię tumidus deiecisti,&nũc nostri similis esse quæris , quos nunquã in aliquo volũtati Dei cõtraisse cernis. Ad hęc licèt ita respõdeas:Si ego,vt dicis,de puluere factus sũ,fortè nõ mirũ si vẽto tẽtationis impuls⁹ in sordes sũ criminũ lapsus.Verùm agnita,& credita misericordia Christi,spretis omnibus,quæ illũ nolle scire potui,in cunctis, quę illũ velle intelligebã,memet exercui. Vnde tribulationes,& angustias,in fame,siti, vigiliis,verberibus, contumeliis,aliisq;

modis innumeris,ad honorē eius ſuſtinere nōdubitaui,quęq; mūdana pro viribus nihili pēdēs eius tantū ſolius gratiæ per ſingula reconciliari deſideraui. Vos autē quid horū vmquam ſui cauſa ſuſtinuiſtis. ſemper vos gloria, ſemper iucunditas eſt comitata, ſemper vos tenuit dextera Dei, atque defendit ab impugnatione omnis peccati, ita vt nulla vobis ſubriperet macula eius. Itaque ſi à voluntate eius non cecidiſtis, ipſius dōnum eſt, à quo iugiter tenti eſtis. ſed quia hæc ratio illos tantummodo reſpicit, qui perditioni ſuæ vim fecerunt, & regnum cælorum violenter rapuerunt, alij qui in illud ſunt, ſed alio modo, intraturi, alia ratione paritatem Angelorum ſibi ſunt vendicaturi. Si quæris, qua, forſitan iſta. Dicent igitur illis, quòd in regno Dei veſtra quærimus æqualitate, beati dono, & gratiæ Chriſti Ieſu Domini noſtri id adſcribimus, qui ad hoc dignatus eſt homo fieri, & pati, & mori, vt nos ab omni delicto in ſanguine ſuo iuſtificatos ipſius regni ſui conſortes efficeret.

Vos igitur cõsiderate, an sanguis Christi, qui est pro nobis effusus, queat nobis esse perfecta causa salutis. Quid ad hæc Angeli, qui libenter, eò quòd boni sunt, rationi adquiescere volunt, dicent, nisi quæ dicta sunt, ratione niti, & huiusmodi homines iure sua æqualitate debere potiri? Cùm itaque Angeli, atque homines, quos magis te iudicaueras innocentes, tibi consentiant, tibi in cunctis pro veritate rationis honorem deferant, perpende, si vales, quàm grata sit sapientia ista, qua tu ab omnibus, sic omnes agnoscentur à te in vita illa. Nónne consequenter ex ista, quæ cunctis erit communis sapientia, & quædam inæstimabilis amicitia procreabitur? quæ ius tantum singulorum intimo erga singulos suos feruore cõpleat, vt amor cuiusque in quemque cuique sufficiat. Nec enim video, quomodo aliter ille possit, præsertim cùm vnũm corpus Christi sint, & Christus, qui est ipsa pax, omnium caput, nec minori sese adfectu complectamur, quàm membra vnius corporis sibi in-

uicem copulantur. Amabis igitur omnes, vt ipſum te, & amaberis ab omnibus, vt ipſi à ſe. Putas abundans eris in dilectione, quando hæc tibi fuerit in poſſeſſione. Attamen iſtam tranſi, & contemplare ipſum, per quem hæc bona tibi prouenêre, & percipies, quia ille plus quàm tu te ipſum, & quàm omnes alij incomparabiliter amabit te, & tu ſuper te ipſum, & ſuper omnes alios ineffabili quadam ſuauitate illum amabis. ſed quoniam ſolet aliquando contingere inter homines, vt ij, qui ſeſe altrinſecus vnanimiter amant, non in omnibus vbique concordent, dum huic ſecus, atque illi videtur, & quod hic adpetit, ille fugit, neceſſariò addenda præſcripto amori concordia eſt: ne ſi vllatenus, vel in puncto defuerit, aliqua læſio tanto bono ſubrepere poſſit. Erit itaque tanta in cunctis concordia, vt in nullo ſentias aliquem diſcrepare ab eo, quod te conſtiterit velle. Corpus vnum erimus, Eccleſia vna erimus, Sponſa Chriſti erimus, quicumque

ibi erimus. Non ergo maior tunc inter nos discordia erit: quàm nunc est inter membra vnius corporis. Verùm sicut vides in motu oculorũ, quòd illuc, quò vnus vertitur, mox alius sequitur, ita quocunq; tuum velle conuerteris, velle omnium sine disceptatione ilico tibi præstò habebis. Quid dixi omnium? ipsa Dei voluntas non erit à tua diuersa, sed sicut tu, quod ille, ita ille volet & in cunctis, quod tu. Caput namque à suo corpore quî discreparet? Hîc aliquis forsan in sui cordis secreto quærit, dicẽs, Eia, si Deus, & omnis ille beatorũ cœtus volent, quod ego, tunc & augmentũ mei boni meeũ volẽt, quod ego ibi non velle non poterò, ero itaq; pro velle meo, de maioribus in cœlo. Huic respondeo, quia si etiam beato Petro par in gloria esse voluerit, erit in gloria dico, quia vt Petrus sit in persona, velle nõ poterit. Nãque si hoc vellet, seipsum nihil esse vellet, quod velle nequit. Sed neque in gloria illi æquari, si meritis eius impar est, velle poterit, quia pulcherrimam illius corporis

compoſitionem, quam in hoc violari cõſpiceret, omni cõmodo plus amabit. Nec enim in humano corpore vel pes, loco, aut officio manus, vel manus pedis fungi optat, aut os, ſiue naſus, vbi oculi ſunt, aut oculi vbi os, ſeu naſus eſt, relictis ſedibus ſuis, transferri deſiderant, aut ſi transferrentur, patienter id paterentur, eodẽ modo in illa admirabili & glorificata diſpoſitione beatæ Ciuitatis Dei, ita quiſque, quod habet, amabit, vt ſtatum ſuum potiori gradu mutari non velit. Quare? Quia cuique ſatis erit ſua felicitas, & beatitudo. Ampliùs ſi hi, qui iam in ipſius corporis vnitate locati ſunt, & maiora quàm ſunt adepti, deſiderant, eo ipſo miſeri eſſent, quòd nondum haberent quod vellent. in quo enim alicui, quod cupit, deeſt, in eo miſer ſit neceſſe eſt. Sed abſit ab illo regno omnis miſeria. Aderit itaque omnibus omnis ſufficientia, quam perficiet in ſingulis vnanimis & plena concordia. Cùm itaque Deum, & omnes tuæ voluntati concordes habueris, profectò nihil voles, quod non

poſſis.

possis. Omnipotēs igitur erit tua volū-tas, quoniā ipsum omnipotētē habebis in omnibus concordantē tuæ voluntati. Itaque cùm hęc tāta potestas tibi adfuerit, honor condecens potestati minimè deerit. Qui honor cuiusmodi sit, breui exēplo considerēmus. Ecce si ante oculos nostros positus pauper aliquis, omni solatio destitutus, vlcerū & aliarum infirmitatum fœditate corruptus, & omni, quo vel à frigoris incommoditate defendatur, tegmine nudus. Hūc igitur talem tali modo iacentem, & in nullo semet iuuare valentem, si rex aliquis potentissimus transiens videret, & miseratus eius vulneribus mederi, curatúmque suis iuberet ornamentis vestiri, & adductum sibi adoptaret in filium, præciperétque, vt in regno suo, suus filius à cunctis haberetur, atque in nullo, quod iuberet, à quoquam ei contradiceretur, heredémque suum, ac filij sui coheredem constitueret, & eum suo nomine vocari præciperet, nónne diceres magnificè honoratum? Et certè Deus nobis

hęc omnia faciet. Nati enim de putredine carnis, replemur multis miseriis; in quibus miseriis constitutos, & omni solatio destitutos, omniúmque infirmitatũ passionibus obnoxios, ac peccatorũ, & corruptibilitatis vlceribus plenos, sola misericordia ductus accipiet, & iuuabit nos, & sanitati restitutos ornamẽtis perfectę iustitię, & incorruptibilitatis ornabit, adductósque in filios sibi adoptabit, regni sui cõsortes efficiet, & heredes, filióque suo vnigenito sibi per omnia æquali, & coomnipotẽti concorporales statuet, & coheredes. Omni creaturæ iubebit, vt in omni quod volumus, nobis obediat, vocatósque nos nomine suo deos faciet. Dicit enim ipse, *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.* Sed ipse Deus deificãs est, tu verò Deus eris deificatus. At fortassis ais, hęc ratio tua in illis quidẽ magnis Apostolis seu Martyribus poterit existere rata, in me autẽ, qui vtinã vel vltimus esse mercar, quonã pacto constare queat, nõ intelligo. Intẽde, & intellige, quia nullũ iustorũ ab ista deitate excepit Deus, vbi

dixit,

dixit, *Dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Verũ vt dicta meliùs eluceãt, cõſidera ſub exẽplo naturã ignis, & naturam rerum ignitarũ. ſi fortè ibi aliquatenus queas imaginari, qualiter illi sũmæ deitati pro modulo tuo poſſis participãdo deificari. Ecce ignis vnus eſt, & in ſua natura calidus, in hunc ignem pone lignũ aliquod, plumbum, & ferrũ ſimul itaque cũ lignũ fuerit in carbones cõuerſum, & plumbũ liquefactũ, ita vt in carbonibus nil niſi ignis appareat, & plumbo nihil caloris addi queat, nec dum tamẽ ferro poterunt in calore coæquari, quod nondũ forſan penitus incanduit igni. licèt igitur aliud alio magis in calore profecerit, ſingulũ tamen ſeruata natura ſui, vſitato locutionis modo, quia ignitum eſt, per ſe dicitur ignis. Sic erit in illa beata ſupernorum ciuiũ ſocietate, de qua loquimur. Nã quemadmodũ ij, qui ſummæ Dei maieſtati ſunt propinquiores, & ob hoc aliis præſtantiores, Dij dicentur, ita & qui illis ſunt inferiores, quoniam vna, & eadem, qua ipſi, deitate pro ſua capa-

citate participant, ſimili nomine dij dicentur. Quando ergo cum tanto bono adeptus fueris hunc honorem, non video qua ratione poſſis cupere ampliorem. Igitur dum poſſeſſione horum bonorum, quæ digeſſimus, felix fueris, nónne ſufficiens tibi videberis? & maximè inquis. Agè igitur, ſi omnibus iſtis vel vna die, ſicut expoſita ſunt, in re frui valeres, gauderes ſine dubio: ſi autem menſe, vel anno vno lætificareris, nec dici quidem, vt autumo, poteſt lætitiæ modus; & ſi toto tempore vitæ tuæ, quid faceres? dares præmium, vtique libens, quidquid haberes, & inſuper temetipſum, ſi ſic & non aliter ea adipiſci valeres. Si verò hæc omnino ſecurus exiſteres, quòd ea dum viueres, nullo euentu amitteres, omitto dicere vtrùm vel cogitare poſſis an non, quid exultationis tibi eſſet. Itaque cùm in tua vita perpetuò in illa tuta & hæc omnia tibi habenti, ſecuritas quoque ea ampliùs non perdendi certò arriſerit, obſecro, quid æſtimas tibi erit? Credo quòd etiam

ad

ad nomẽ ſecuritatis mota eſt in te quę-
dam iubilatio cordis, & an tanta bona
ſecurè ſis perpetuò poſſeſſurus, auidus
addiſcere cupis. Dico igitur quia ſi ea
perditurus es, aut tu ipſe voles ea per-
dere tua ſponte, aut Deus ea aufert tibi
noléti, aut aliquis alius Deo fortior ſu-
perueniẽs ea tollet, & Deo, & te nó vo-
léte. ſed certè nec tu abiecto tãto bono
in miſerias, quas tu euaſiſſe gratioſus
exultabis, recidere voles, nec Deus, qui
illud tam larga & cleméti bonitate do-
nauit, id tibi aliquãdo auferre volet, nec
vllus fortior Deo ſuperueniet, qui, Deo
te protegente, illud tibi inuito aliquate-
nus tollet. ſecurus igitur tãtorũ bonorũ
perpetuò eius, nec alicuius tibi aduerſa-
ri volentis incurſũ timebis. Quid ergo
putas tibi erit, cùm hęc omnia, pulchri-
tudinem videlicet, velocitatẽ, voluptatẽ,
diuturnitatẽ vitę, fortitudinẽ, libertatẽ,
ſanitatẽ, ſapientiã, amicitiã, concordiã,
poteſtatẽ, honorẽ, ſecuritatẽ, ſecũdùm
quòd ea deſcripſimus, immo ſupra o-
mnem humanã æſtimationẽ glorioſiùs
atq; ſublimiùs quàm ſcribi vel dici poſ-

sint, in possessione æternaliter habueris. Nonne gaudiũ, quod erit cõsummatio omniũ horũ? Re etenim vera, videre nõ possũ quomodo inęstimabile gaudium circũquaq; non habeat, quem tot commoda beatę felicitatis, felicísque beatitudinis sine fine circundat. Tunc igitur & tu isto gaudio perfrueris, quia nihil vnde gaudere nõ debeas, habebis. Itaq; si haberes aliquẽ, quẽ vt te ipsũ penitus amares, & de cuius bono, sicut de tuo, omnino penitus gauderes, illúmq; non minori quã te felicitate per omnia fultũ videres, nónne in gaudio eius gaudiũ duplicatũ haberes? Si verò duos, aut tres, & eos æqua felicitate conspicuos cerneres, nũquid pro eorũ numero nõ in te multiplicaretur gaudij tui magnitudo? & vtiq; cùm de amicitia superiùs ageremus, ostendimus ita omnes illius patriæ ciues amaturos te, sicut amabũt se, & te illos, sicut tu te ipsum. Potéstne igitur illius gaudij modus quoquã homine penetrari, cùm vltra mille millia, & decies millies centena millia innumerabiles ibi sint, & omnes eadem

bea

beatitudine perfruantur, nec vllus eorũ sit, qui non tantùm de bono alterius gaudeat, quantũ de suo? Præterea vidẽtes Deũ ipsũ supra quàm ipsi sese amabunt, ipsos amantem, & intelligẽtes se inenarrabiliter plus quàm semetipsos illũ amantes, in gloria eius, mira, & ineffabili exultatione exultabunt. Gaudiũ ergo erit eis intus, & extra gaudium sursum, atque deorsum, gaudium in circuitu, & vbique, & hoc est, sicut putamus, quod, quemadmodum in capite huius opusculi dixi, Deus præparauit diligẽtibus se. Hæc itaque, iuxta quod interim mihi mea existimatio dicit; quemadmodũ potest dici illa beatitudo æterna, felicitas æterna, cõmodorum scilicet omnium sufficientia secũdùm voluntatẽ, & sine omni indigẽtia, quã plenè habebũt omnes amici Dei in vita æterna, nec. n. volumus adfirmare illã, at quã digessimus multò maiorem nõ esse. Cũ igitur iusti fuerint tãta felicitate beati, restat, vt iniusti per cõtrariũ sint inæstimabili quadã infelicitate miseri. sicut. n. iustos, iuxta quod, prout

potuì

potuimus, Deo donante, descripsimus, mira pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas alacres faciet, & iubilantes, ita illos immanis quędam & inæstimabilis fœditas, tarditas, imbecillitas, seruitus, languor atq; dolor mœrętes reddet, & eiulates. Sanè diuturnitatē vitæ, quā isti pro fruendis tātis bonis summo amore cōplectētur, illi pro interminabili pœna, qua torquebūtur, quoniam illis inerit, summo odio execrabunt. De sapientia verò quid dicam, non inuenio, nisi quia sicut iustis in gaudium & honorem, ita iniustis quidquid scient, vertetur in mœrorem, & confusionem. Amicitia verò, qua inuicem pij summa iucunditate copulabuntur, siqua impiis erit, in tormētis eis erit. quò enim magis quosque amabūt, eò magis grauiùs in illorum pœna dolebunt. si contra concordiam, quid habituri sint, quæritur, discordiam habebūt cum omni creatura, & omnis creatura discordabit ab illis. Hinc ergo propotestate bonorum, tanta impotentia eius sequetur, vt omnino nihil eorum

quæ

quæ voluerint, possint, & quidquid habuerint, nolint. Igitur pro honore Sanctorũ obtinebunt perẽne opprobium. Et hæc quoq; fine claudẽtur. Verè sicut amici Dei securi erunt, se nunquam amissuros bona sua, ita isti inimici Dei omnino desperabũt se iã ampliùs perdituros hæc mala sua. Pro æterno igitur & ineffabili gaudio Beatorum hereditabunt æternam, & incogitabilem tristitiam omnes, qui pro impœnitudine reatus sui, transituri sunt in societatem dæmoniorum.

Eutropij Abbatis ad Petrum Papam.

OCto sunt vitia principalia, quæ humanum genus infestant. Primum, Gastrimargia, quod sonat ventris ingluuies; secundum fornicatio; tertiũ Philargyria, idest, auaritia, siue amor pecuniæ; quartum ira; quintum tristitia; sextum acedia, idest, anxietas, siue tædium cordis; septimum cenodoxia,

idest,

id est, iactantia, seu vana gloria; octauũ superbia. Hæc igitur octo vitia, licèt diuersos ortus, ac dissimiles efficientias habeant, sex tamen priora, idest, gastrimargia, fornicatio, philargyria, ira, tristitia, acedia, quadam inter se cognatione, &, vt dixerim, concatenatione connexa sunt. Ita vt prioris exuberantia, sequentium efficiatur exordium. Nam de abundantia gastrimargiæ, fornicationem; de fornicatione, philargyriam; de philargyria, iram; de ira, tristitiam, de tristitia, acediam necesse est pullulare. Ideoque simili contra hæc modo, atque eadem ratione pugnandum est, & præcedentium semper aduersùs sequentes oportet nos inire certamen. Quamobrem vt acedia vincatur, superanda est tristitia; vt tristitia propellatur, ira extinguẽda est; vt extinguatur ira, philargyria conculcanda; vt euellatur philargyria, fornicatio compescenda est; vt fornicatio subruatur, gastrimargiæ vitium est castigandũ. Residuæ verò duæ, id est, cenodoxia & superbia, sibi quidem

dem ſimiliter illa, qua de ſuperioribus diximus ratione iunguntur, ita vt incrementum prioris ortus efficiatur alterius. Cenodoxiæ exuperantia ſuperbiæ fomitem parit. Nam illis ſex euulſis, hæc duo vehementiùs fructificant, & illis mortuis, viuaciùs iſtæ pullulant, & ſuccreſcunt. Vnde & diuerſo modo ab his duobus impugnamur. In vnumquodque illorum ſex vitiorum tunc incidimus, cùm à præcedentibus illorum fuerimus eliſi. In his verò duobus etiam victores poſt triumphos periclitamur. Nam & iſta octo vitia, quæ commemorauimus, in quatuor coniugationes, & copulas diuiduntur. Gaſtrimargia namque, & fornicatio peculiari conſortio fœderantur, ſimili modo philargyria cum ira. Triſtitia quoque, & acedia eadem copulatione iunguntur. Cenodoxia quoque atque ſuperbia familiariter & ipſa ſibi coniunguntur. Audiſti copulationes, audi nunc genera vitiorum Gaſtrimargiæ genera ſunt tria. Primum,

quod

quod ante horam canonicam perurget Christianum comedere. In hac peccauit Ionatham filius Saül irrumpens iuramentum patris. Vnde nec victoriam meruit populus de inimicis habere. Secundum, ex quarumlibet escarum, vel potus superfluitate. In qua peccauit populus Israëliticus, cùm fabricauit, sicut scriptum est *Exod.* 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Tertium, quòd accuratiores, ac delicatissimos cibos desideret. In hoc peccauerunt filij Heli, qui noluerunt carnem coctam accipere à populo, sed crudam, vt diligentiùs sibi præpararent, 1. *Reg. c.* 2. Ex his tribus generibus diuersæ, & pessimæ valetudines animæ procreantur. Nam de primo, ira illi, qui parare cibum debuit; de secunda, luxurię ac libidinis aculei suscitantur; tertia autem, inextricabiles philargyriæ laqueos nectit ceruicibus captiuorum. Fornicationis genera tria sunt. Primum, cogitatio est, de quo Dominus ita in Euangelio *Matth.* 5. dicit: *Qui viderit mulierem ad concu-*

piscen-

piſcendum eam, & cætera. Secundum, quod per commixtionem ſexus vtriuſque perficitur. Tertium, abſque fœminæ tactu, quod Apoſtolus *immunditiam Gal.* 4. nuncupat. Quæ tria ſic ſunt à nobis pari obſeruatione cauenda, ne à regno Chriſti vnum quodlibet horum nos deterreat, & excludat. Philargyriæ genera ſunt tria. Primum, quod expoliari non ſinit hominem faculratibus ſuperfluis. In hoc peccauerunt *Act.* 5. Ananias, & Sapphira. Secundum, quod ea quę à nobis diſperſa ſunt indigentibus, cum maiori cupiditate perſuadet reſumere. In hanc culpam incidit Iudas, qui Dominum vendidit. Tertium, quod ea quæ antè non poſſedimus, infrunitè deſiderari, vel adquiri compellimur. In hac peccauit Giezi. Iræ genera ſunt tria. Vnum, quod exardeſcit intrinſecus, & præ indignatione non valet loqui. Aliud, quod in verbum, & opus, effectúmque prorumpit. Tertium, quod per dies, & tempora reſeruatur. Triſtitiæ genera ſunt duo, vnum, quod ira deſinente de illato damno,

vel

quod ante horam canonicam perurget Christianum comedere. In hac peccauit Ionatham filius Saül irrumpens iuramentum patris. Vnde nec victoriam meruit populus de inimicis habere. Secundum, ex quarumlibet escarum, vel potus superfluitate. In qua peccauit populus Israëliticus, cùm fabricauit, sicut scriptum est *Exod.* 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Tertium, quòd accuratiores, ac delicatissimos cibos desideret. In hoc peccauerunt filij Heli, qui noluerunt carnem coctam accipere à populo, sed crudam, vt diligentiùs sibi præpararent, 1. *Reg. c.* 2. Ex his tribus generibus diuersæ, & pessimæ valetudines animæ procreantur. Nam de primo, ira illi, qui parare cibum debuit; de secunda, luxurię ac libidinis aculei suscitantur; tertia autem, inextricabiles philargyriæ laqueos nectit ceruicibus captiuorum. Fornicationis genera tria sunt. Primum, cogitatio est, de quo Dominus ita in Euangelio *Matth.* 5. dicit: *Qui viderit mulierem ad concu-*

piſcendum eam, & cætera. Secundum, quod per commixtionem ſexus vtriuſque perficitur. Tertium, abſque fœminæ tactu, quod Apoſtolus *immunditiam Gal.* 4. nuncupat. Quæ tria ſic ſunt à nobis pari obſeruatione cauenda, ne à regno Chriſti vnum quodlibet horum nos deterreat, & excludat. Philargyriæ genera ſunt tria. Primum, quod expoliari non ſinit hominem facultatibus ſuperfluis. In hoc peccauerunt *Act.* 5. Ananias, & Sapphira. Secundum, quod ea quę à nobis diſperſa ſunt indigentibus, cum maiori cupiditate perſuadet reſumere. In hanc culpam incidit Iudas, qui Dominum vendidit. Tertium, quod ea quæ antè non poſſedimus, infrunitè deſiderari, vel adquiri compellimur. In hac peccauit Giezi. Iræ genera ſunt tria. Vnum, quod exardeſcit intrinſecus, & præ indignatione non valet loqui. Aliud, quod in verbum, & opus, effectúmque prorumpit. Tertium, quod per dies, & tempora reſeruatur. Triſtitiæ genera ſunt duo, vnum, quod ira deſinente de illato damno,

quod ante horam canonicam perurget Christianum comedere. In hac peccauit Ionatham filius Saül irrumpens iuramentum patris. Vnde nec victoriam meruit populus de inimicis habere. Secundum, ex quarumlibet escarum, vel potus superfluitate. In qua peccauit populus Israëliticus, cùm fabricauit, sicut scriptum est *Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Tertium, quòd accuratiores, ac delicatissimos cibos desideret. In hoc peccauerunt filij Heli, qui noluerunt carnem coctam accipere à populo, sed crudam, vt diligentiùs sibi præpararent, *1. Reg. c. 2.* Ex his tribus generibus diuersæ, & pessimæ valetudines animæ procreantur. Nam de primo, ira illi, qui parare cibum debuit; de secunda, luxurię ac libidinis aculei suscitantur; tertia autem, inextricabiles philargyriæ laqueos nectit ceruicibus captiuorum. Fornicationis genera tria sunt. Primum, cogitatio est, de quo Dominus ita in Euangelio *Matth. 5.* dicit: *Qui viderit mulierem ad concu-*

piscen-

piſcendum eam, & cætera. Secundum, quod per commixtionem ſexus vtriuſque perficitur. Tertium, abſque fœminæ tactu, quod Apoſtolus *immunditiam Gal.* 4. nuncupat. Quæ tria ſic ſunt à nobis pari obſeruatione cauenda, ne à regno Chriſti vnum quodlibet horum nos deterreat, & excludat. Philargyriæ genera ſunt tria. Primum, quod expoliari non ſinit hominem facultatibus ſuperfluis. In hoc peccauerunt *Act.* 5. Ananias, & Sapphira. Secundum, quod ea quę à nobis diſperſa ſunt indigentibus, cum maiori cupiditate perſuadet reſumere. In hanc culpam incidit Iudas, qui Dominum vendidit. Tertium, quod ea quæ antè non poſſedimus, infrunitè deſiderari, vel adquiri compellimur. In hac peccauit Giezi. Iræ genera ſunt tria. Vnum, quod exardeſcit intrinſecus, & præ indignatione non valet loqui. Aliud, quod in verbum, & opus, effectúmque prorumpit. Tertium, quod per dies, & tempora reſeruatur. Triſtitiæ genera ſunt duo, vnum, quod ira deſinente de illato damno,

vel desiderio præpedito generatur. Aliud, quod de rationabili mentis anxietate, seu desperatione descendit. Acediæ genera sunt duo. Vnum, quod ad somnum præcipitat æstuantes. Aliud, quod nec bonum facere, nec audire, delectat. Ista eiicit monachum de cella sua. Cenodoxia licèt multiplex, ac multiformis est, & in diuersas species diuiditur, genera tamen eius sunt duo. Primum, quod pro carnalibus, ac manifestis extollimur rebus. Secũdum, quod pro spiritualibus & occultis, desideriis vanæ laudis inflamur. Superbiæ genera sunt duo. Primum, carnale. Secundum, spirituale, quod etiã perniciosius est. Illos namque specialiùs impugnat, quos in quibusdam virtutibus profeciſſe reperit. Audisti genera, & coniunctionem, atque concatenationem; audi nunc quales habeant filias, quæ de eis nascuntur. De gastrimargia namque nascuntur, commessationes, ebrietates. De fornicatione, turpiloquia, scurrilitates, ludicra, ac stultiloquia. De philargyria,

mendacium, fraudatio, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentia, inhumanitas, ac rapacitas. De ira, homicidia, clamor, & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De acedia, atrocitas, somnolentia, importunitas, inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis, & corporis, verbositas & curiositas. De cenodoxia, cõtentiones, hæreses, iactantia, ac præsumptio nouitatum. De superbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio, atque detractio. Hæc igitur octo vitia, cũ hominũ genus impulsent, non tamẽ vno modo impetunt cunctos. In alio namque spiritus fornicationũ locum obtinet principalẽ. In alio superequitat furor. In alio Cenodoxia vindicat tyrannidẽ. In alio arcẽ superbia tenet. Et cũ cõstet omnes ab omnib⁹ impugnari, diuerso tamẽ modo, & ordine singuli laboramus. Quãobrẽ ita nobis aduersùs hæc arripienda sunt prælia, vt vnusquisq; vitiũ quo maximè infestatur, exploret, & aduersùs illud arripiat

princi

principale certamen. Vnum namque nos ordinem præliorum exercere debere, nec de noſtra virtute confidere, etiam Legislator *Deut.* 7. docet his verbis: *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt. Deus magnus, & terribilis. Ipſe conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter. Ne fortè multiplicentur contra te beſtiæ terræ: dabit que eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo, donec penitus deleantur.* Sed neque debere nos in eorum extolli victoria, ſimiliter *Deut.* 8. monet: *Ne poſtquam comederis*, inquit, *& ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarúmque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, & ductor tuus fuit in ſolitudine magna, atque terribili.* Salomon quoque in Prouerbiis, *Prou.* 24. *Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari. In ſupplantatione autem eius noli extolli. Ne videat Dominus eius, & auertat iram ſuam*

ab e,

ab eo, ideſt, ne diſpertias elationem cordis tui, ab eius impugnatione diſcedet, & incipies, derelicturus ab eo, rurſus ab illa, quam per Dei gratiam ſuperaueras, paſsione vexari. Quamobrem certos nos eſſe conuenit. Nam ipſis rerum quam innumeris Scripturarum teſtimoniis, eruditos, noſtris nos viribus niſi ſolius Dei auxilio fulciamur, tantos hoſtes ſuperare non poſſe. Et ad ipſum cotidie ſummam victoriæ noſtræ referre debere. Ita ſuper hoc quoque per Moyſem *Deut. 9.* Domino commonente: *Ne dicas in corde tuo, cùm deleuerit eas Dominus Deus tuus in conſpectu tuo.* Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc poſſiderem, cùm propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Nec enim propter iuſticias tuas, & æquitates cordis tui ingredieris, vt poſſideas terram eorum: ſed quia illi egerunt impiè, te introeunte deletæ ſunt. Rogo, quid apertiùs potuit dici, vel cautiùs, cum quanta cautela oportet nos eſſe? Hæ ſeptem gentes, quarum terras egreſsis

ex Ægypto filiis Iſraël daturum ſe Dominus repromittit. Quæ omnia ſecundùm Apoſtolum, cùm in figura contigerint illis, ad noſtram commonitionem ſcripta *Deut.* 7. debemus accipere. Ita enim dicitur: *Cũ introduxerit te Dominus Deus in terram, quam poſſeſſurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te, Hethæum, & Gergezæum, & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæum, & Iebuſæũ, & Heuæum, ſeptem gentes multò maioris numeri, quàm tu es, & robuſtiores te, tradideritque Dominus tibi eas, percutiéſque eas vſque ad internecionem.* Quod verò multò maioris numeri eſſe dicuntur, hæc ratio eſt, quia plura ſunt vitia, quàm virtutes. Et ideo in catalogo quidem dinumerantur ſeptem gentes, in expugnatione verò earum, ſine numeri adſcriptione ponuntur. Ita enim dicitur: *Et deleuerit gentes multas coram te.* Numeroſior eſt enim, quàm Iſraël, carnalium paſſionum populus, qui de hoc ſeptenario fomite vitiorum, ac radice procedit. Atque de octauo, qui notior eſt omnibus, regina, vt ita dicam, at-

que

que mater omnium vitiorum : ex his enim octo pullulãt, atque nascuntur hæ filiæ, idest, comessationes, ebrietates, turpiloquia, &c. superiùs descripta, quę cõmemorare perlongũ est. Quæ cũ nobis leuia iudicentur, quid Apostolus de illis senserit, 2. *Cor.* 10. vel quam super his sententiam tulerit, audiamus. *Neq; murmurauerit is*, inquit, *sicut quidam illorũ murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Et de tentatione. *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.* De detractione, *Noli diligere detrahere, ne eradiceris*, aliáque complura his similia. Quæ cùm sint multò maioris numeri, quàm virtutes, deuictis tamen illis octo principalibus vitiis, ex quorum natura eas certum est emanare, omnes protinus conquiescunt, ac perpetua pariter cum eis internecione delentur. Etenim, quantum docet vetus traditio, has easdem terras Chananæorum, in quas introducuntur filij Israël, Sem filij Noe fuerant quondam in orbis diuisione sortiti, quas

deinceps per vim, atque potentiam posteritas Cham persuasionis iniquitate possedit, in quo & Dei iudicium rectissimum comprobatur. Qui, & illos de locis alienis, quæ malè occupauerant, expulit, & istis antiquam patrum possessionem, quæ prosapiæ eorum in diuisione orbis fuerat deputata, restituit. Quæ figura in nobis quoque stare, certissima ratione cognoscitur. Nam voluntas Domini, possessionem cordis nostri non vitiis, sed virtutibus naturaliter deputauit. Quæ post præuaricationem Adæ, insolescentibus vitiis, id est, populis Chananæis, à propria regione depulsæ, cùm ei rursum per Dei gratiam, diligentia nostra, ac labore fuerint restitutæ, non tam alienas occupasse terras, quàm proprias credendæ sunt recepisse. De hoc septenario fomite vitiorum, Salomon quoque in Prouerbiis, ita describit, *Prouerb. 26. Si te rogauerit inimicus voce magna, non consenseris ei; septem enim nequitiæ sunt in anima eius*, id est, si gastrimargia te persuadet,

vt relaxes corpori, quod continentiæ decreueras modo, ne resoluas eius subiectionem, quia confestim septem spiritus vitiorum aderunt tibi acriores, quàm illa passio, quæ primordiis fuerat superata, qui te mox ad deteriora pertrahant genera vitiorum. Quapropter Dominus per omnia est deprecandus, vt, quod nostræ vires non habent, ipsius misericordia succurrat.

Incipit epistola sancti Porcarij Abbatis.

IN mente habe, quia hospes es in hoc corpore, & quòd tibi breui tempore commodatum est. Impedimenta omnia perhorrescas, omni nisu, atque conatu para tibi hospitium illud, quò in breui es migraturus. Cogita ergo quia totus mundus nimia velocitate dilabitur. Contende Domino adhortante intrare per angustam portam; quia lata porta, & spatiosa via est

quæ ducit ad perditionem: angusta autem & arcta, quæ ducit ad vitam. Caput antiquis serpentis, id est, cogitationum principia semper observa. Omnibus prætermissis studium in hoc impende, vt Christo vnigenito placeas, qui te semper adiuuat & sustinet. Vt verè piissimus Pater miseretur, custodit, & diligit. Semper cum Domino loquere, si fieri potest. Orationi nihil præponas tota die, vel maximè matutinis, & vespertinis horis Deo adhærere contende. Vana eloquia euita, sobrius esto, & grauitatem tene. *Pone custodiam ori tuo, quia vir linguosus non dirigitur super terram, Psal.* 139. Et cùm ira te vicerit, excipe te, & statim emenda, ne te nimius furor præoccupet, & separatus à Christo, in præcipitium scandali deuoluaris. Omni studio reprime mores tuos, ne turbes eos, per quos requiescis, & qui necessitates tuas implere contendunt. Non sis facilis ad iniurias irrogandas, nec statim emittas verbum, cùm amaritudinem pateris. Paululùm differ, & salubriori consilio, sine peccato pru-

dentiùs agas. Cum ſilentio,& patientia, & oratione age quod agis.In veritate intellige , quia ira , & omne ſcandalum laqueus diaboli eſt. Subitam iram , & ſtimulos , & ſordidas cogitationes ; non dubites eſſe diaboli venenatas ſagittas. *Præocupa ſemper cogitationes malas , vt poſſis euadere tormenta. Eccl.7. Memor eſto nouiſſimorum tuorum , & non peccabis.* Statue tecum, vt vltra dæmones non obaudias,pugnam eſſe intellige contra *inuiſibiles aduerſarios , Epheſ.6.* Contende in oratione ſemper. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.Quotieſcunque tibi amariſſima tribulatio aduenerit,gaude, & exulta in corde tuo,vt de patientia fructum habeas , & diabolo conculcato, atque deuicto,Deum promerearis. *Quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis , Ro.8.* Indura cor tuũ quaſi lapidem contra triſtitiam. Reſpice ad illum qui ſe petram voluit nominari. Quare non intelligis , quòd te diabolus ſemper obſedit , & nimia

ſecuritate decepit? Cogita illam mortis confuſionem, cùm ante eos apparueris, quos vidiſti Sacerdotes magnos, lucernas ardentes habentes, lampadas Chriſti rutilas. Imitare, ſi potes, eos, qui indeſinenti luctu, & oratione continua Beatorum ſplendidiſſimam, & gloriam, & ſedem paradiſi obtinere meruerunt. *Iacta in Deum cogitatũ tuum, & ipſe te enutriet, Pſal.* 54. Iram, ſuperbiam, contumaciam, maledictum extingue, & deteſtare. Detractionem, inuidiam, amaritudinem, blaſphemiam extingue, & deteſtare. Odia, auaritiam, vanitatem, & omnem ſermonem malum extingue, & deteſtare, ſcurrilitates, & verboſitates, vel cogitationum malarum initia, & ſpiritus fornicationis cum omnibus operibus malis extingue, & deteſtare. Hæc ſunt vitia atque peccata, quæ te inimicum Dei faciunt, exulcerant, & computreſcere faciunt animam tuam. Cuſtodi igitur temetipſum, & animam tuam ſollicitè. Cogita iã in proximo eſſe diem cõmigrationis tuæ. Obſerua, ne te in vl-

tioni

tionbus tuis teterrimi, & fœdiſſimi dæmones excipiant. Obſerua, ne te crudeliſſimi inferni terrores, & mors æterna ſuſcipiant. Obſerua, ne mors tua luctus ſit Angelorum. Obſerua, ne gaudium inimicorum deuenias. Cogita ſemper illam horam, quando anima aut ad vitam, aut ad mortem tradita eſt, quia te in portu eſſe manifeſtum eſt. Tene te ad humilitatem, & timorem Dei, & benignitatem, vel puritatem mentis. Tene te ad patientiam, & manſuetudinem, miſericordiam, & charitatis ſilentium, & magnanimitatem, & orationis inſtantiam. Tene te ad crucem, vt non facias voluntates tuas, quaſi ſæculo iam defunctus, æterna ſcilicet, ac beata perennitate manſurus. Ecce ad te Sampſon *Iud. 16.* conſecratus Deo. Excute te de ſinu meretricis carnis tuæ, ne abradas ſanctorum operum crines de anima tua, & tradas te inimicis, & obſcurentur oculi tui, quibus Deum vides: ſed lumen oculorum tuorum, id eſt, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti gratia ſit tecum. Repara

in te crescentis virtutis crines, & vnà cum inimicis carnis tuæ vitia moriantur. Cùm hęc omnia, quæ præcepta sunt, opera bona intento corde implere contenderis, & tota animi virtute custodieris, amœnitatem paradisi, ac dulcedinem futuræ beatitudinis, consortiúmque Sanctorum Angelorum sine fine mereberis obtinere. Ipso adiuuante, cui est honor, & imperium, virtus, ac potestas, in sæcula sæculorum. Amen.

Incipit Homilia sancti Sedati Episcopi, de Epiphania.

PRoximè, fratres chariſſimi, redemptionis nostræ celebrauimus sacramentum, quo Deus hominem cum infirmitatibus induit. Hodie verò illud excolimus, quo se in homine Deum virtutibus declarauit. Pro eo quod in hac die, siue cœlo stellam ortus sui nuntiam præbuit, siue quòd in Chanaam Galilææ in conuiuio nuptiali aquas in vina conuertit, siue quòd in

Iordanis vndis aquas ad reparationem humani generis ſuo Baptiſmo conſecrauit. In quolibet horum trium ſalutis noſtræ myſteria continentur & gaudia. Nobis enim ex Virgine natus eſt, quod ſtella monſtrauit: nos in melius eſſe mutãdos, operis miraculo, & aquarum conuerſione ſignauit. Nobis remedia prouidit ex Baptiſmo, quòd in Iordanis alueo aquas dedicauit; & ideo, fratres chariſſimi, in omni actu noſtro ſtellam fidei præferamus, & in cuſtodia puritatis Chriſti Baptiſmum celebremus. Quia hæc Chriſti generatio tuæ fidei confirmatio eſt. Et quia per vniuerſum mundum ſacramento Baptiſmi humano generi opus erat, aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueum vnica, ac ſingulari pietate deſcendit. Tibi ergo naſcendo, Chriſtus aduenit, tibi viuendo militauit, tibi moriendo conflixit. Quem vides pro te mortuũ, propter te intellige baptizatum. Illud, fratres chariſſimi, quòd die tertia nuptiæ factæ ſunt; hoc, quòd aquam in vinum conuerſam fuiſſe,

modò cùm Euangelium legeretur, audiſtis. Sex autem hydriæ, ſunt ſex mundi huius ætates, per quas iuſti figuram & typum Domini prætulerunt. Capiunt metretas binas, vel ternas, quia fidem intra ſe continent Trinitatis. Sed videamus quid dicit ſermo diuinus, & ipſa ſacri Euangelij tractemus oracula. In Chana Galilææ aquas in vina conuertit, & latentem ſub homine Deum operum virtute detexit. *Et die*, inquit, *tertia nuptiæ fiebant.* Quæ ſunt iſtæ nuptiæ, niſi gaudia ſalutis humanæ? quare die tertia, niſi quia die tertia reſurrexit? Itaque tanquam Sponſus procedens de thalamo ſuo deſcendit ad terras, Eccleſiæ ex gentibus congregandæ, Incarnatione iungendas. Cui quidem & huius Eccleſiæ, quæ vtique ſumus nos, & arrhas, & dotem dedit. Arrhas dedit, quando nobis eſt ex lege promiſſus. Dotem dedit, quando pro nobis eſt immolatus. Et alio modo hoc poteſt accipi, vt arrhas, præſentem gratiam, dotem intelligamus

vitam

vitam æternam. Videamus quid agit in Chanaam Galilææ. Hîc iam prodant nobis Deum ſtupenda miracula. Statuuntur hydriæ capientes metretas binas, vel ternas. Implentur hydriæ, mutantur ſubitò aquæ, homines poſtmodum maturi dum in melius reformantur, velut Baptiſmate vini liquantur quodammodo. deficiente ergo vino, dicit ad Ieſum mater eius, *Ioann. 2. Vinum non habent.* Iam primo loco requiramus, quod ſit vinum, quod defeciſſe dicitur, & quod ſit aliud vinum, quod mirabiliter præparatur, quod Architriclinus melius eſſe pronunciat *ibidem*, dicens: *Omnis homo primum vinum bonum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt. Tu verò ſeruaſti vinum bonum vſque nunc.* Vinum multis locis accepimus diuina præcepta & Scripturas ſanctas, meraciſſimum vigorem cæleſtis ſapientiæ continentes, quibus ad timorem Dei incaleſcat ſenſus, & inebrietur adfectus. Secundum illud,

quod de ſapientia ſcriptum eſt: *Paraui mensam ſuam, miſcuit vinum ſuum in cratere.* Scripturarum ergo diuinarum virtus, ſi quando alicuius interiora repleuerit, dicere poterit cum Propheta, *Pſalm. 59. Potaſti nos vino compunctionis, & populum tuum inebrians quàm præclarum eſt!* Operante ergo Chriſto in Chana Galileæ, vinum defecit, & vinum fit, ideſt, vmbræ remouentur, & veritas præſentatur. Recedit lex, gratia ſuccedit. Carnalia in ſpiritualia commutantur. In nouum Teſtamentum, obſeruatio vetuſta transfunditur: ſicut beatus Apoſtolus dicit 2. *Cor. 3. Vetera tranſierunt, & ecce facta ſunt noua.* Quomodo autem hydriæ illæ impletæ aqua, nihil minuunt ex eo quod erant, ita lex non perit per aduentum Chriſti diſſoluta, ſed proficit. Vino ergo deficiente, vinum aliud miniſtratur. Bonum quidem eſt vetus Teſtamentum, ſed ſine ſpiritali intellectu vaneſcit in litera, 2. *Cor. 3.* Nouum verò odorem vitæ

reddit

reddit in gratiam, 2. *Cor.* 2. Cùm hæc ita ſint, Architriclinum ipſum præpoſitum in domo Sponſi, videamus, quem ſentire poſſimus. Et quem alium, niſi beatum Paulum intelligere debemus, qui poſt legis literam, acceptum noui Teſtamenti myſterium ſuauiſſimo, vel odore, vel guſtu, & ſpiritalium ſenſuum flagrantia repletus, & inebriatus exclamat & laudat: *Tu ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc? Ioann.* 2. Videamus tamen quemadmodum ipſum vinum laudat. *Nec oculus,* inquit, *vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Ecce vera, ecce prædicanda miracula, quæ in nobis operatur, quando de peſſimis bonos facit; de ſuperbis humiles; de inhoneſtis caſtos; de ſectatoribus ſæculi, amicos Dei. Quæ poteſt maiora exercere miracula, quàm quando hominem vermem & putredinem dignatur in ſtatum angelicum promouere? de terrenis in cæleſtibus collocare, & in gratia ſuæ

adoptionis? Solemnitatem, quæ de Domini natiuitate præceſſit, ea fide celebrauimus, qua ex homine Deus natus eſt; hanc verò ea obſeruatione veneramur, qua Deus in homine declaratus eſt. Illic, infirmitatibus abſconditur; hîc virtutibus reuelatur. Hodie enim Magos ab Oriente venientes vſque locum, gentibus Saluatoris ſtella Chriſtum quærentibus, monſtratura perduxit. Expetitur ſub humili tugurio ſacra natiuitas. Adoratur in pannis, id eſt, ſub tectione corruptionis humanæ inuoluta maieſtas reuelatur. Innuitur myſterio diuinæ miſericordiæ magnitudo, in eo quòd ad Chriſtum primùm Æthiopes, id eſt, gentes ingrediuntur. Interea beata perductam ſe ad ſacra cunabula radio deſuper currente, miratur extrema gens bono publico prima fruitur. Quàm ſtupenda dignatio! Inter amplexus genitricis includitur, qui cælum, terrámque complectitur. In ſinu matris latet, qui regnum Patris excedit. Per ſimplex officium ſpiritale reuelatur arcanum. Humani-

tas cernitur,& diuinitas adoratur. Exhibent aurum, thus,& myrrham. Plus in myſteriis, quàm in conſcientiis offerentes, in auri munere, regia dignitas, in thuris vapore, diuina maieſtas. In myrrhæ ſpecie ſepelienda demonſtratur humanitas. Ac ſic Trinitatem oblationis numerus loquitur, vnitatem deuotio vna teſtatur. Ac per hoc vigili intenſione cordis cælum ſtudeamus aſpicere, ſi ad Chriſtum cupimus peruenire. Dirigat nobis ſemitas viæ perfectas ſtella iuſtitiæ. Ei, qui dixit, *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, *Exod.* 23. offeramus, & nos aurum fidei, pietatis aromata, caſtitatis holocauſta, ſpiritalem quoque myrrham habeamus in nobis, quæ ita animas noſtras condiat, vt inlæſas à peccati corruptione cuſtodiat. Mutemus viam, ſi peruenire optamus ad patriam, ad patriam vtique cœleſtem. Ac ſic inter vtrumque commercium, vt illius nobis proprietatem vſu iſtius compare-

mus.

mus. Ita elaboremus, vt illius iſta ſit pretium. Illud autem quod ait Euangeliſta, Magos admonitos eſſe in ſomnis, ne redirent ad Herodem, ſed per aliam viam ad regionem propriam remearent, hæc etiam nobis ſpiritaliter præcipiuntur. Et per aliam viam, ideſt, per aliam conuerſationem reuertamur ad patriam. Fortè aliquis requirit, quomodo id fieri poſsit? Qui hoc ſcire deſiderat, audiat Prophetam dicentem: *Diuerte à malo, & fac bonum. Inquire pacem, & ſequere eam*, *Pſal.* 33. Hoc enim ordine per aliam viam reditur ad patriam. Nam quia per ſuperbiam cecidimus in mundum, oportet vt per humilitatem redeamus ad paradiſum. Per cupiditatem ad ſeruitium diaboli venimus, per miſericordiam ad Chriſtum Dominum redeamus. Per voluptatem, atque luxuriam duriſsimum iugum diaboli ſuſtinuimus, per charitatem, atque iuſtitiam leue iugum Chriſti ſuſci-

pere

pere festinemus. Per vias infidelitatis, atque nequitiæ diabolo infeliciter seruientes, ab Angelorum societate discessimus, per vias bonitatis, ac fidei redire ad principale studeamus. Si hoc ordine vias mortiferas relinquentes, vias vitæ tenere voluerimus, de sinistra translati ad dexteram, Magorum itinera fideliter, ac feliciter possumus imitari. Qui priùs solebat res alienas tollere, & nunc suas cœperit misericorditer erogare, non tibi videtur per aliam viam incedere? Qui fuit adulter, & est castus. Qui fuit ebriosus, & est Sobrius. Qui solebat maledicere, & benedicit. Qui fuerat inuidus, & est benignus. si enim orationibus simul, & bonis operibus, Deo auxiliante, contendimus hoc ordine conuersationum nostrarum itinera in melius commutare, ad æternam beatitudinem poterimus feliciter peruenire. Quod præstare dignetur, qui cum Patre, & Spiritu san-

cto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

HOMILIA B. PAVLI Diaconi.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.

PRæſens ſancti Euangelij lectio, quam nunc veſtra fraternitas audiuit, ad ſuperioris interrogationis verba reſpicit, quam Beatus Petrus cæleſti Domino magiſtro intulit dicens: *Domine, quoties peccauerit in me frater meus, dimittam ei vſque ſepties?* cúmque reſponſum à mitiſsimo Domino accepiſſet, vt non ſolùm vſque ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, remiſsionis gratiam protelare deberet, id eſt, vt quadringentis nonaginta vicibus offenſus, offendenti ſibi fratri noxa relaxando có-

cede

cederet: scilicet vt toties veniam peccati in die tribueret, quoties ille peccare non posset. Ad confirmandum ergo tantæ pietatis præceptum hanc similitudinem, id est, parabolam, subiunxit, vt qui à Deo sibi relaxari magna desiderant, ipsi in delinquentibus sibi proximis saltem in minimis ignoscant. Sed & familiare esse dicitur Syris, & maximè Palæstinæ regioni (quæ pars vtique Syriæ est, in qua Dominus corporaliter apparere dignatua est) ad omnē penè sermonem suum parabolas iungere, vt per quod simplex preceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem subditi teneatur exempli: præcipitur enim Petro sub comparatione regis, & domini, & serui, qui decem millia talenta debuerat, & à domino rogans veniam impetrarat, vt ipse quoque dimittat conseruis suis, cùm in eum delicta minora commiserint. Si enim ille rex & dominus seruo debitori decem millium talentorum, tam facilè tam grandia dimisit: quantò magis serui conseruis suis debent pro-

fectò

fectò minora dimittere ? Sed iã textum lectionis huius, de qua ſummatim aliqua perſtrinximus, auxiliante Deo ex ordine perſequamur. Ideo aſſimilatum eſt regnum cælorum homini regi. Per regnum cęlorum, ſicut veſtræ charitati notiſsimum eſt, ſancta Eccleſia ſolet intelligi. Homo iſte rex, ſicut & ſuperiùs dictum eſt, humani generis conditor, & rector accipi poteſt, quem frequenter ſacræ Scripturæ ſeries regis nomine ſolet appellare. Iam verò quod ſequitur, *voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis*, quæſtione animum mouet, quando cum ſeruis ſuis ratio poni potuerit: ſi enim de iudicio illo magno & terribili dictum voluerimus accipere, ibi profectò nullus erit, qui poſtquam condemnatus fuerit, poſsit iterum veniam promereri: præſertim cùm ipſe textus huius lectionis non de futuris prædicere, ſed præterita videatur facta narrare. Item ſi de præſenti tempore factum accipiatur,

contrarium esse videtur illud quod Dominus in Euangelio dicit, *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio*, vt vtique dum secundùm susceptam humanitatem visibile in omnibus iudicium, & vniuersale Filius exhiberet; rursúmque de semetipso Filius ait, *Ego non veni vt iudicem mundum*, scilicet quia in alio aduenturus erat ad generale, & visibile iudicium exercendum. Si ergo neque de futuro iudicio, neque de præsenti hoc accipi potest, quando ergo fieri potuit, quòd iste seruus debitor rationem legitur posuisse? Sed sciendum est, quia ipse Filius, qui se dicit in primo aduentu suo in iudicium non venisse, occulta exercuit iudicia, sicut alio loco dicit, *Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Exercet ergo iudicium, licèt non generale, sed tamen speciale, hoc præsenti tempore, omnipotens Deus, hoc est, Pater &

Filius

Filius & Spiritus ſanctus, quorum tamen non diuerſum, ſed vnum conſtat iudicium eſſe, de quibus iudiciis in ſacra Scriptura teſtimonia plura ſunt, quale vnum eſt illud: *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta*; & multa ſimilia. Hoc ergo iudicio quo ſingillatim cunctorum hominum facta diiudicantur, etiam iſte ſeruus rationem poſiturus adhibetur, quia nullus hominum aliquid peragere poteſt, cuius facta Deus omnia ſciens non approbet aut condemnet. Decem millia verò talenta, quæ ſeruus iſte domino ſuo debet, multiplicia & grauiſsima ponderis crimina debent intelligi; decennarius quippe numerus perſecutionem ſignificare ſolet: quo etiam numero decem legalia præcepta data referuntur. Quia enim iſte ſeruus, qui tam multipliciter deliquit, decem legalia præcepta contempſit, bene iſtius ſerui debita denarius numerus continet; decem millium ergo numero ſolet ſumma perfectionis intelligi: quale eſt illud in Pſalmo: *Currus Dei decem millium*

lium, multiplex. Cùm enim ſanctæ animæ currus nomine, quia eis Deus præſidet vt ad mentes audientium diſcurrat, innumerabiles vtique ſint, decem millium tamen numero (qui, vt dixi, pro vniuerſitate ponitur) in hoc verſiculo appellantur: pari modo etiam hoc loco multiplicitas omnium peccatorum ſub decem millium numero ſignificata reperientur. Quid autem hoc loco per talentum, quod grauis eſt ponderis, niſi multiplicia & grauia, quæ deorſum trahunt, peccatorum pondera? Vnde & mulier illa quæ apud Zachariam prophetam ſub impietatis ſpecie ponitur, ſuper talentum plumbi ſediſſe perhibetur. Nam tantæ iniquitatis nonnulli hominum exiſtũt, vt vix ſit vllum peccati flagitium, cuius colluuionis contagio non fœdentur. Quid itaque iſti, qui dum per omnia ſine reſpectu flagitiorum crimina diſcurrunt, niſi decem millium talentorum debitores exiſtũt? Debitor igitur iſte talis dum non haberet in tanto debito quod redderet,

ſcriptum eſt de eo, *Iuſſit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* Huius debitoris vxor in qua cupiditas ſua: filij verò eius, peruerſæ operationes: vniuerſa verò, quę habet, malignę ſimul, & multiplices intelligi cogitationes debent: ſicut & in bonam partem in Pſalmo legitur: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*: quo loco vxoris nomine ſapientia, filiorum verò appellatione bonorũ operum facta ſignantur. Debitor itaque iſte peruerſus cum vxore & filiis, & omnia quæ habet, venundatur, quia pro iniuſtitia, cupiditate & nefariis operibus, peſſimiſque cogitationibus perpetuis tormentis addicitur, cuius quaſi hoc eſt de venundatione pretium, de cruciatibus videlicet inferni ſumptũ vindictæ ſupplicium. Tales ergo rationes, taliáq; iudicia occulta quotidie à Deo noſtro in humano genere exercentur, & vnuſquiſque hominum pro qualitate ſuorum operum, aut ad gaudia aut ad ſupplicia deſtinatur: prodeunt tamen

non

nonnunquam hæc iudicia ante oculos visibiliter hominum, vt omnipotens & iustus Dominus rerum humanarum curam solemniter gerere demonstretur, sed quia multi sunt, qui pro suis iniquitatibus iam æterni supplicij destinati respectu diuinæ misericordiæ ad preces & lacrymas conuertuntur & rursus ad salutẽ redeũt: bene de hoc debitore seruo subiũgitur; *Procidens seruus ille rogabat eum dicens, Pœnitentiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Procidere hic seruus dicitur, hoc est, in terrã cadere: quia omnis peccator si vult ad veniam attingere, abiecto vniuerso cordis tumore debet omnimodis se terrã & cinerem existimare, vt à verâ humilitate incipiens, valeat sibi à Domino patientiam impetrare. Sed quia nullus est, qui Domini misericordiam desiderans si instet in precibus, non exaudiatur: mox de Redemptoris nostri misericordia subinfertur, cùm dicitur: Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit illi. O quanta est clementia, quantá-

que pietas Cõditoris noſtri! Ecce audiuimus iuſtũ ſeruum obnoxiũ maximis peccatis, ad vnius precis ſupplicationem tantorum veniam meruiſſe. Cur itaque pigri ſumus pro noſtris peccatis Domino preces effundere, quando ecce verax habemus teſtimoniũ, quòd ſibi ſupplicantibus celerrimè ignoſcit? Sed quia ſunt nonnulli, qui poſtquam veniam à Domino pro magnis criminibus merentur, tam duri, & immiſericordes exiſtunt, vt in minimis delinquentibus ſibi proximis nulla miſericordia compaſſionéque flectantur: rectè de hoc ſubinfertur ſeruo, *Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Quantùm intereſt inter centum denarios, & decem millia talentorum, tantũ profectò intereſt inter parua, quę contra nos homines committunt, & maxima debita, quibus nos peccando Deo debitores exiſtimus, & tamen obliti tantæ gratiæ, tantæq; miſericordię cùm nobis plura dimiſſa ſunt,

pro

proximis minima non relaxamus. Quiſquis itaque es, qui multorum criminum debita deſles, & propter hæc inceſſanter apud Dominum preces effundis: tam libenter proximorum offenſas tolerare debes, quàm multipliciter te reſpicis in omnipotentis Dei conſpectu deliquiſſe. Si enim ab iſto ſeruo, cui tanta dimiſſa ſunt, & poſt veniam & remiſſionem iſta debita exiguntur: quantò magis à te, cui fortè hæc debita adhuc dimiſſa non ſunt, niſi proximis dimiſeris, exigentur? Sed quia ſunt nonnulli, qui & mala, quæ poſſunt, proximis inferunt, & tamen iuxta hanc ſententiam ſibi omnimodis etiam ſuperbientibus, ignoſci volunt: attendant diligenter quid de iſto ſeruo ſcribitur. *Et procidens*, inquit, *tum ſeruus ille, rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Ecce etenim & parua huius conſerui debita deſcribuntur, & magna in eius ſupplicatione

humilitas demonſtratur. Quiſquis ergo & minimo à proximo debito teneris, ſi verè vis veniam conſequi, debes vtique terræ conſternatus humiliato corde veniam ſupplicare. ſin verò aliquis etiam crimina perpetrans iuxta hanc ſententiã ab eo qui ſibi prælatus eſt, quærit ignoſci, iſte meminiſſe debet, non centum denarios conſeruo, ſed talentorum millia domino ſe & regi debere. Huic igitur qui talis debitor exiſtit, ſi is, qui prælatus eſt, culpas impunitè dimititit, non mediocriter profectò oſtẽdit, quia debita cæleſtis regis & Domini ſua præſumptione reſoluit. ea namque quæ in nobis committuntur, facilè poſſumus dimittere: ea verò, quæ in Dominum commiſſa ſunt, cum magna debemus diſcretione, nec tamen ſine pœnitentia, relaxare. Sed iam audiamus, quid iſte ſeruus impudens, cui tot & tanta dimiſſa ſunt, ſupplicanti ſibi pro minimis conſeruo ſuo, intulerit. Sequitur: *Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec*

redde

redderet debitum. Ecce qui ſupplicanti ſibi conſeruo miſericorditer ignoſcere debuit, cum contumaci proteruia in carcerem miſit. Conſtat autem, quia, dum carcer à coërcendo dicitur, qualiſcunque reſtrictio carcer appellatur. Sed non impunè relinquitur factum ſuperbia, quod neſcit in proximo habere miſerationem, nam continuò ſequitur: *Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerunt.* Quo alios cõſeruos, niſi sãctos Angelos debemus intelligere? quos ſcienti omnia Domino certum eſt, horum facta nuntiare? Iuxta illud quod in Salomone legitur, *In mente tua regi ne maledixeris: & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia aues cæli portabunt vocem tuam;* hoc eſt, ne in corde tuo contra Chriſtum Regem aliquid blaſphemum loquaris: neque poſt regem, de Sanctis quoque eius facilè deroges; quia aues cæli, ideſt, ſancti Angeli, qui iuxta Zachariam, terram circumeunt ad in-

ſtar auium, noſtra verba & cogitationes ad cælum ferunt. Qui vtique dum nos praua gerimus, contriſtantur, quia habere nos veraciter ſocios in cæleſti illa beatitudine concupiſcunt. Sed iam quid iſte rex & dominus nunciantibus cõſeruis, id eſt, Angelis, dicat audiamus. Sequitur: *Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniã rogaſti me, nónne oportebat & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Auertat à cũctis fidelibus omnipotens Deus huiuſmodi increpationis improperiũ: & ipſe potiùs largitatis ſuę concedat dono, vt quã miſericordiã ab ipſo expetimus, eandẽ ſemper delinquenti in nobis proximo impendamus: ne ſi roganti miſereri negligimus, ſentẽtia ſubiecta feriamur. Sequitur: *Et iratus dominus eius, tradidit eũ tortoribus, quoadvſq; redderet vniuerſũ debitũ.* Tortoribus ſeruus iſte traditur quoadvſq; vniuerſũ debitũ reddat, quia tantũ excruciabitur per ſupplicia, quantũ hic fuerat procliuus ad culpam. Tortoribus

vide

videlicet traditur, quia à malignis spiritibus, quibus hic obsequutus fuerat, mancipatur, vt illi eum rapiant ad supplicia, quos hîc habuit fautores ad culpam. Qui hîc ob hoc quoscunque possunt instigant ad vitia, vt illic post Iudicij tempus, quo ipsi condemnandi sunt, habeant socios in pœnam. Sequitur sententia valde terribilis, qua tamen totius clauditur intētio lectionis: *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Dura quidē videtur humanis mentibus huius sentētiæ comminatio, cùm apud se mens solcat dicere, Quomodo possū ei ignoscere, qui mihi nihil se lædenti tot & tanta mala irrogauit? Sed si alia verba Dñi ad memoriā reducimus, huius profectò sētētię in nostris mētibus asperitas læuigatur; ait namq; in alio loco Dominus, *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est cælestis.* & iterū, *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderūt, vt sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui Solē suum oririfacit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu-*

ſtos. Conſideremus ergo, quanta ſit dignitas, quanta ſublimitas, ad ſimilitudinem Dei viuere, & indignis quibuſque ſicut & ipſe facit, miſericordiam impartiri, ac per hoc cæleſtis Patris filios effici. Intulerit nobis aliquid multa & grauiſſima damna, exhibeamus in eo ad inſtar cæleſtis Domini miſericordiam: habeamus odio iniquitatem quam fecit, diligamus in eo quòd factus eſt; execremur in eo peruerſitaté operis quam geſſit; ſed amemus in eo quòd homo eſt: ſit nobis in odio quòd malignitate repletus eſt, ſit in charitatis amore quòd frater eſt. Sic nobis pro illo ſicut & pro nobis ipſis orandum eſt; & quodcumque nobis cupimus proſperum euenire: pari etiam modo nobis in voluntate ſit, vt & eueniat illis. Hæc ita facientes, non ſolùm prælatam ſententiam euademus, ſed etiam filij Dei erimus: ac per hoc æterni Patris gaudiis ſine fine potiemur.

EXPOSITIO HISTORIARVM VETERIS TESTAMENTI VENERA. Petri Damiani Card. Hostiensis.

LIBER PRIMVS,

Nempe Geneſis, continet cap. 34.

CAPVT PRIMVM.

Dixit Deus, fiat lux, prima die.

QVALITER valeat homo conſummari, & quomodo debeat perfici, liber hic ſuccinctè perſtringit, prout ex mundi creationis ordine reperiri datur: quia enim homo microcroſmus, hoc eſt, minor mundus eſſe dicitur, nece ſ.

est, vt ad suæ plenitudinis incrementa contendens, ipsam mundanę conditionis speciem imitetur: & sicut visibilis atque corporeus hic mundus per suarum partium molem & magnitudinem consummatus est, sit & homo noster interiùs ad sui plenitudinem paulatim perueniat per augmenta virtutum, de qua spirituali plenitudine dicit Apostolus, *Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Tunc autem dicit in homine vt fiat lux, cùm datur ei vt illuminatio sibi credulitatis infulgeat. Prima quippe mentis lux fides est, vnde iam fidelibus Ephesiis benedicit Apostolus, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*; & hoc est primum in lege præceptum: *Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est.* Tunc autem in homine primus dies fit, cùm nouus ad fidem venit.

CAPVT

CAPVT II.

De firmamento & diuisione aquarum.

SEcunda die fecit Deus firmamentum & diuisiones aquarum, quarũ aliæ ad inferiora defluerent, aliæ in superioribus remanerent. Quid autẽ firmamentum nisi robur est Scripturarum? Vnde legitur, quòd cœlum in die iudicij plicabitur sicut liber. Quid autem sunt aquæ inferiores, nisi hominum multitudines? iuxta illud Apocalypsis, *Aquæ multæ, populi multi.* Quid verò superiores nisi chori sunt Angelorũ? de quibus in Psalmo dicitur: *Et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Angeli enim Scripturarum cælum super se nõ habent, sed sub se: quia non egent vt verbum Dei legentis audiant, qui ipsum Deum præsentem clarè conspiciunt, & in eius semper amore flammescunt. Cùm igitur homo per

firmamentum, hoc est, per cælestis eloquij documentum, iam incipit diuidere inferiores aquas à superioribus, ideſt, carnalia à spiritualibus, terrena à cælestibus separare, tunc in eo secundus fit dies, quia non modò fidei lumen, sed etiam rerum incipit habere discretionem.

CAPVT III.

De aquarum congregatione in locum vnum sub cælo.

FActa igitur diuisione aquarum, hoc est, inter terrena & cælestia, necesse est vt humana mens hæc eadem terrena minutiùs diuidat, & sic reprobos homines huius terrenæ sapientiæ salsugine prurientes à iustis fontem fidei sitientibus, tanquam ab arida mare discernat. Infideles enim siue carnales quilibet à maris tentationum fluctibus quatiuntur, & tanquam procellarum

cupi

cupiditatum & arrogantiæ tempestatibus intumescunt : Sancti verò quique ac iusti velut arida Deum sitiunt, & tanquam ferax terra virentes bonorum operum fructus germinare contendunt. Ideoque cùm dixisset Deus, *Et appareat arida*, eodem die itidem præcepit, *germinet terra herbam virentem faciemem semen, & lignum pomiferum faciens fructum.* Quisque igitur facta iam, vt dictum est, aquarum diuisione & congregatione, Deo factus arida, diuinæ gratiæ fontem, medullitùs scilicet, bonorum fructuum germina proferat, vt sibi dies tertius illucescat.

CAPVT IV.

De luminaribus quarta die factis in firmamento cæli.

His ita positis & salubriter ordinatis, anima hominis, quasi dimotis vitiorũ tenebris, radiare incipit nitore

virtu

ſcriptum eſt de eo, *Iuſſit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* Huius debitoris vxor in qua cupiditas ſua: filij verò eius, peruerſæ operationes: vniuerſa verò, quę habet, malignę ſimul, & multiplices intelligi cogitationes debent: ſicut & in bonam partem in Pſalmo legitur: *Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*: quo loco vxoris nomine ſapientia, filiorum verò appellatione bonorũ operum facta ſignantur. Debitor itaque iſte peruerſus cum vxore & filiis, & omnia quæ habet, venundatur, quia pro iniuſtitia, cupiditate & nefariis operibus, peſſimiſque cogitationibus perpetuis tormentis addicitur, cuius quaſi hoc eſt de venundatione pretium, de cruciatibus videlicet inferni ſumptũ vindictæ ſupplicium. Tales ergo rationes, taliaq; iudicia occulta quotidie à Deo noſtro in humano genere exercentur, & vnuſquiſque hominum pro qualitate ſuorum operum, aut ad gaudia aut ad ſupplicia deſtinatur: prodeunt tamen

non

nonnunquam hæc iudicia ante oculos visibiliter hominum, vt omnipotens & iustus Dominus rerum humanarum curam solemniter gerere demonstretur, sed quia multi sunt, qui pro suis iniquitatibus iam æterni supplicij destinati respectu diuinæ misericordiæ ad preces & lacrymas conuertuntur & rursus ad salutẽ redeũt: bene de hoc debitore seruo subiũgitur; *Procidens seruus ille rogabat eum dicens, Pœnitentiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Procidere hic seruus dicitur, hoc est, in terrã cadere: quia omnis peccator si vult ad veniam attingere, abiecto vniuerso cordis tumore debet omnimodis se terrã & cinerem existimare, vt à vera humilitate incipiens, valeat sibi à Domino patientiam impetrare. Sed quia nullus est, qui Domini misericordiam desiderans si instet in precibus, non exaudiatur: mox de Redemptoris nostri misericordia subinfertur, cùm dicitur: Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit illi. O quanta est clementia, quantá-

que pietas Cõditoris noſtri! Ecce audiuimus iuſtũ ſeruum obnoxiũ maximis peccatis, ad vnius precis ſupplicationem tantorum veniam meruiſſe. Cur itaque pigri ſumus pro noſtris peccatis Domino preces effundere, quando ecce verax habemus teſtimoniũ, quòd ſibi ſupplicantibus celerrimè ignoſcit? Sed quia ſunt nonnulli, qui poſtquam veniam à Domino pro magnis criminibus merentur, tam duri, & immiſericordes exiſtunt, vt in minimis delinquentibus ſibi proximis nulla miſericordia compaſſionéque flectantur: rectè de hoc ſubinfertur ſeruo, *Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Quantùm intereſt inter centum denarios, & decem millia talentorum, tantũ profectò intereſt inter parua, quę contra nos homines committunt, & maxima debita, quibus nos peccando Deo debitores exiſtimus, & tamen obliti tantæ gratiæ, tantæq; miſericordię cùm nobis plura dimiſſa ſunt,

pro

proximis minima non relaxamus. Quiſquis itaque es, qui multorum criminum debita deſles, & propter hæc inceſſanter apud Dominum preces effundis: tam libenter proximorum offenſas tolerare debes, quàm multipliciter te reſpicis in omnipotentis Dei conſpectu deliquiſſe. Si enim ab iſto ſeruo, cui tanta dimiſſa ſunt, & poſt veniam & remiſſionem iſta debita exiguntur: quantò magis à te, cui fortè hæc debita adhuc dimiſſa non ſunt, niſi proximis dimiſeris, exigentur? Sed quia ſunt nonnulli, qui & mala, quæ poſſunt, proximis inferunt, & tamen iuxta hanc ſententiam ſibi omnimodis etiam ſuperbientibus, ignoſci volunt: attendant diligenter quid de iſto ſeruo ſcribitur. *Et procidens*, inquit, *tum ſeruus ille, rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Ecce etenim & parua huius conſerui debita deſcribuntur, & magna in eius ſupplicatione

humilitas demonſtratur. Quiſquis ergo & minimo à proximo debito teneris, ſi verè vis veniam conſequi, debes vtique terræ conſternatus humiliato corde veniam ſupplicare. ſin verò aliquis etiam crimina perpetrans iuxta hanc ſententiã ab eo qui ſibi prælatus eſt, quærit ignoſci, iſte meminiſſe debet, non centum denarios conſeruo, ſed talentorum millia domino ſe & regi debere. Huic igitur qui talis debitor exiſtit, ſi is, qui prælatus eſt, culpas impunitè dimititit, non mediocriter profectò oſtẽdit, quia debita cæleſtis regis & Domini ſua præſumptione reſoluit. ea namque quæ in nobis committuntur, facilè poſſumus dimittere: ea verò, quæ in Dominum commiſſa ſunt, cum magna debemus diſcretione, nec tamen ſine pœnitentia, relaxare. Sed iam audiamus, quid iſte ſeruus impudens, cui tot & tanta dimiſſa ſunt, ſupplicanti ſibi pro minimis conſeruo ſuo, intulerit. Sequitur: *Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec*

redde

redderet debitum. Ecce qui supplicanti sibi conseruo misericorditer ignoscere debuit, cum contumaci proteruia in carcerem misit. Constat autem, quia, dum carcer à coërcendo dicitur, qualiscunque restrictio carcer appellatur. Sed non impunè relinquitur factum superbia, quod nescit in proximo habere miserationem. nam continuò sequitur: *Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerunt.* Quo alios cõseruos, nisi sãctos Angelos debemus intelligere? quos scienti omnia Domino certum est, horum facta nuntiare. Iuxta illud quod in Salomone legitur, *In mente tua regi ne maledixeris: & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia aues cæli portabunt vocem tuam;* hoc est, ne in corde tuo contra Christum Regem aliquid blasphemum loquaris: neque post regem, de Sanctis quoque eius facilè derogès; quia aues cæli, ideſt, sancti Angeli, qui iuxta Zachariam, terram circumeunt ad in-

ſtar auium, noſtra verba & cogitationes ad cælum ferunt. Qui vtique dum nos praua gerimus, contriſtantur, quia habere nos veraciter ſocios in cæleſti illa beatitudine concupiſcunt. Sed iam quid iſte rex & dominus nunciantibus cõſeruis, id eſt, Angelis, dicat audiamus. Sequitur: *Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniã rogaſti me, nónne oportebat & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Auertat à cũctis fidelibus omnipotens Deus huiuſmodi increpationis improperiũ: & ipſe potiùs largitatis ſuę concedat dono, vt quã miſericordiã ab ipſo expetimus, eandẽ ſemper delinquenti in nobis proximo impendamus: ne ſi roganti miſereri negligimus, ſentẽtia ſubiecta feriamur. Sequitur: *Et iratus dominus eius, tradidit eũ tortoribus, quoad vſq; redderet vniuerſũ debitũ.* Tortoribus ſeruus iſte traditur quoaduſq; vniuerſũ debitũ reddat, quia tantũ excruciabitur per ſupplicia, quantũ hic fuerat procliuus ad culpam. Tortoribus

videlicet traditur, quia à malignis ſpiritibus, quibus hic obſequutus fuerat, mancipatur, vt illi eum rapiant ad ſupplicia, quos hîc habuit fautores ad culpam. Qui hîc ob hoc quoſcunque poſſunt inſtigant ad vitia, vt illic poſt Iudicij tempus, quo ipſi condemnandi ſunt, habeant ſocios in pœnam. Sequitur ſententia valde terribilis, qua tamen totius clauditur intẽtio lectionis: *Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.* Dura quidẽ videtur humanis mentibus huius ſentẽtiæ comminatio, cùm apud ſe mens ſolcat dicere, Quomodo poſsũ ei ignoſcere, qui mihi nihil ſe lædenti tot & tanta mala irrogauit? Sed ſi alia verba Dñi ad memoriã reducimus, huius profectò sẽtẽtię in noſtris mẽtibus aſperitas læuigatur; ait namq; in alio loco Dominus, *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt cæleſtis.* & iterũ, *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderũt, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt, qui Solẽ ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniu-*

ſtos. Conſideremus ergo, quanta ſit dignitas, quanta ſublimitas, ad ſimilitudinem Dei viuere, & indignis quibuſque ſicut & ipſe facit, miſericordiam impartiri, ac per hoc cæleſtis Patris filios effici. Intulerit nobis aliquid multa & grauiſſima damna, exhibeamus in eo ad inſtar cæleſtis Domini miſericordiam: habeamus odio iniquitatem quam fecit, diligamus in eo quòd factus eſt; execremur in eo peruerſitaté operis quam geſſit; ſed amemus in eo quòd homo eſt: ſit nobis in odio quòd malignitate repletus eſt, ſit in charitatis amore quòd frater eſt. Sic nobis pro illo ſicut & pro nobis ipſis orandum eſt; & quodcumque nobis cupimus proſperum euenire: pari etiam modo nobis in voluntate ſit, vt & eueniat illis. Hæc ita facientes, non ſolùm prælatam ſententiam euademus, ſed etiam filij Dei erimus: ac per hoc æterni Patris gaudiis ſine fine potiemur.

EXPOSITIO HISTORIARVM VETERIS TESTAMENTI VENERA. Petri Damiani Card. Hostiensis.

LIBER PRIMVS,

Nempe Geneſis, continet cap. 34.

CAPVT PRIMVM.

Dixit Deus, fiat lux, prima die.

QVALITER valeat homo conſummari, & quomodo debeat perfici, liber hic ſuccinctè perſtringit, prout ex mundi creationis ordine reperiri datur: quia enim homo microcroſmus, hoc eſt, minor mundus eſſe dicitur, nece ſ.

est, vt ad suæ plenitudinis incrementa contendens, ipsam mundanæ conditionis speciem imitetur: & sicut visibilis atque corporeus hic mundus per suarum partium molem & magnitudinem consummatus est, sic & homo noster interiùs ad sui plenitudinem paulatim perueniat per augmenta virtutum, de qua spirituali plenitudine dicit Apostolus, *Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Tunc autem dicit in homine vt fiat lux, cùm datur ei vt illuminatio sibi credulitatis infulgeat. Prima quippe mentis lux fides est, vnde iam fidelibus Ephesiis benedicit Apostolus, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*; & hoc est primum in lege præceptum: *Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est.* Tunc autem in homine primus dies fit, cùm nouus ad fidem venit.

CAPVT

CAPVT II.

De firmamento & diuisione aquarum.

SEcunda die fecit Deus firmamentum & diuisiones aquarum, quarũ aliæ ad inferiora defluerent, aliæ in superioribus remanerent. Quid autẽ firmamentum nisi robur est Scripturarum? Vnde legitur, quòd cœlum in die iudicij plicabitur sicut liber. Quid autem sunt aquæ inferiores, nisi hominum multitudines? iuxta illud Apocalypsis, *Aquæ multæ, populi multi.* Quid verò superiores nisi chori sunt Angelorũ? de quibus in Psalmo dicitur: *Et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Angeli enim Scripturarum cœlum super se nõ habent, sed sub se: quia non egent vt verbum Dei legentis audiant, qui ipsum Deum præsentem clarè conspiciunt, & in eius semper amore flammescunt. Cùm igitur homo per

firmamentum, hoc est, per cælestis eloquij documentum, iam incipit diuidere inferiores aquas à superioribus, idest, carnalia à spiritualibus, terrena à cælestibus separare, tunc in eo secundus fit dies, quia non modò fidei lumen, sed etiam rerum incipit habere discretionem.

CAPVT III.

De aquarum congregatione in locum vnum sub cælo.

FActa igitur diuisione aquarum, hoc est, inter terrena & cælestia, necesse est vt humana mens hæc eadem terrena minutiùs diuidat, & sic reprobos homines huius terrenæ sapientiæ salsugine prurientes à iustis fontem fidei sitientibus, tanquam ab arida mare discernat. Infideles enim siue carnales quilibet à maris tentationum fluctibus quatiuntur, & tanquam procellarum

cupi

cupiditatum & arrogantiæ tempestatibus intumescunt : Sancti verò quique ac iusti velut arida Deum sitiunt, & tanquam ferax terra virentes bonorum operum fructus germinare contendunt. Ideoque cùm dixisset Deus, *Et appareat arida*, eodem die itidem præcepit, *germinet terra herbam virentem faciemem semen, & lignum pomiferum faciens fructum.* Quisque igitur facta iam, vt dictum est, aquarum diuisione & congregatione, Deo factus arida, diuinæ gratiæ fontem, medullitùs scilicet, bonorum fructuum germina proferat, vt sibi dies tertius illucescat.

CAPVT IV.

De luminaribus quarta die factis in firmamento cæli.

His ita positis & salubriter ordinatis, anima hominis, quasi dimotis vitiorũ tenebris, radiare incipit nitore

virtu

virtutum. Quid verò est quòd priùs germinat terra, & protinus creantur luminaria, nisi quia prodeunte boni operis germine, lux in anima copiosior otitur, vt imitari valeat sui vestigia Redemptoris? Acceleret ergo mens humana spiritualium segetum germinare prouentum, vt rutilantibus diuinæ lucis radiis illustretur, quatenus dum quarti diei luce perfruitur, etiam ad contemplanda cœlestia more spiritualium volucrum rapiatur.

CAPVT V.

Quòd quinta die pisces & aues creati sunt.

QVinta die creati sunt pisces, per quos designantur, qui Baptismatis sacramentum percipiunt, sicut

per

per volucres illi, qui virtutum pennis ad cœlestia se contemplanda suspendunt. Quintum ergo diem cum volucribus habet, quisquis mundi amore contempto, quasi dedignatur cœnum calcare terrenum, ac per contemplationis gratiam ad cælestis gloriæ se prouehit appetitum. Hic igitur non iam in terra graditur, sed per aërem volat, quia terrena quæque despiciens, ad cælestia sitibundus anhelat, iuxta illud Psalmi, *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Hic ergo quasi perfectus vir ad sui Conditoris meritò formatus imaginem, qui tantam nimirum charismatum spiritualium possidet dignitatem, vt non iam solùm quamlibet normam præcipiatur tenere rerum, sed & ipsum Dei, in quantum fas est, imitari conetur exemplum, sicut dicit Apostolus, *Estote imitatores mei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit vos.* Differentia quippe magna erat

inter Paulum, qui Christum imitabatur, & eos quos procurabat ad imitandum seipsum, dicens, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

CAPVT VI.

De sexto die.

SExto die creatus est homo ad sui imaginem & similitudinem Creatoris, quod vtique sicut tunc factum est per humanæ conditionis exordium, ita nunc agitur per instaurationis intimæ sacramentum. Hic præterea inter omnia scilicet, aquæ simul & terræ animantia, quasi monarchiam accipit, & quendam sublimioris excellentiæ primatum: quia vnusquisque perfectus ac virtutibus consummatus nouit de singulis rectum proferre iudicium, sicut ait Apostolus, *Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur.* Hunc itaque Deus omnipotens perfe-

ctum virum, mundo ſcilicet mortuum, ſibique viuentem ſuum cõſtituit thronum, ac per eum ſæpe iuſtitiæ ſuæ promulgat edictum. Hinc eſt etiam quòd ordo ille ſingularis, per quem frequentiùs iudicia ſua decernit omnipotens Deus, thronus vocatur; quia in eis ſummus arbiter, cùm iudicia per eos æquitatis exercet. Perfectum itaque virum Deus ſuum conſtituit ſolium, vt in eo ſuauiter requieſcat; vnde & per Propheram, *Super quem*, inquit, *requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & manſuetum, & trementem ſermones meos?* Et notandum, quód per vnumquemque diem dicitur, *Factum eſt veſpere & manè, dies talis.* Veſpere ſcilicet ipſa boni operis perfectio eſt, manè verò lux mentis. Nam cùm opus bonum ad perfectionem peruenit, tunc in operantis mente lux gratiæ ſpiritualis exoritur, vt dum lucidum opus foris exequitur, intrinſecùs ipſe gratia ſpiritus illuſtretur.

CAPVT

CAPVT VII.

Quòd Sabbato, consummatis omnibus, requieuit Deus.

SIc itaque peruenitur ad Sabbatum, in quo Deus & ipse, consummatis omnibus, requieſcit, & hominem requieſcere præcipit. Hoc itaque modo & homo fit Dei ſabbatum, & Dei ſabbatum hominis fit, quia ipſe homo in Deo requieſcit, & Deus in eo. *Manete in me, & ego in vobis, dicit Dominus*, ipſe quippe nobis intemporale tempus, & illocalis eſt locus. Illocalis ſcilicet, quia loco non circumſcribitur: intemporales verò, quia nunquam finitur. Tempus itaque nobis eſt Deus, dum dicit in Euangelio Ioannis, *Nónne duodecim ſunt*

horæ diei ? Se ſcilicet diem , duodecim autem horas totidem dicit Apoſtolos. Locus verò illic indubitanter exprimitur , vbi Propheta Dauid cùm præmiſiſſet , *Tu autem idem ipſe es , & anni tui non deficient* , protinus addidit , *Filij ſeruorum tuorum habitabunt ibi.* haud dubium quin in te. Fecit itaque Deus cælum & terram , tamen requieuiſſe non dicitur. Fecit germinantia terræ ; & luminaria cœli , & requieuiſſe non dicitur. Fecit omnia , quæ paſcuntur in terris , & quæ mouentur in aquis , & in omnibus nunquam legitur requieuiſſe. Sed plaſmato ad imaginem ſuam homine , ſabbatum protinus quietis illuxit , & ſic humanitatis Conditor requieuit. Et cùm ipſe per Prophetam Eſaiam dicat , *Cælum mihi ſedes eſt , terra autem ſcabellum pedum meorum* , quod in illorum creatione non dicitur , in ſola hominis conditione quieuiſſe perhibetur . Et vt magis

magísque præclaram huius diei ſeptimi ſtupeas dignitatem, dicit Scriptura; quòd benedixit Deus dici ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauit ab vniuerſo opere ſuo: quod in cæteris diebus feciſſe nullo modo reperitur. Quid enim eſt Deo ſabbatum ſanctificare, niſi templum ſibimet in ſancti atque perfecti viri mente ſtruere? ſicut ait Apoſtolus ad Corinthios, *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, & Spiritus ſanctus habitat in vobis.* Porro autem ſicut de ſabbato diximus, ita quoque ratio exigit, vt de templo dicamus: quia & Deus templum hominis, & homo eſt templum Dei: ſicut in Apocalypſi Ioannes ait, *Templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens, templum illius eſt, & Agnus.* Templum itaque hominis Deus, templum plum dicitur homo; hoc hominis templū ſpiritualis eſt paradiſus, mens ſcilicet ſancta, mens perfecta, mens munda, atque ad ſui Conditoris imaginem ſignificatur expreſſa humana mens: ſiue rationabilis anima dicitur paradiſus,

quæ & cælestium charismatũ est fluentum irrigua, & tanquam fertilium arborum vel herbarum sic virentibus, sanctarum virtutum vernat germinibus adornata: fons enim ille siue fluuius, qui illic dicitur egredi de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, quique diuiditur in quatuor capita, ratio mentis est, ex qua velut originali fonte quatuor virtutes, Iustitia videlicet, Fortitudo, Prudentia simul ac Temperantia, quasi totidem salutiferi gurgites, profluunt, qui terram nostri cordis fertilem reddunt. Lignum verò vitæ ipsa bonorũ omnium mater est sapientia, de qua & Salomon ait, *Lignum vitæ est his qui apprehendent eam: & qui tenuerit eam, beatus.* Lignum verò scientiæ boni & mali, manifestiò est legis indictæ, experimentumque miseriæ: sed quia nobis propositum non est exponere cuncta per ordinem, sufficiant hæc succinctè, quæ huic negotio competunt, prælibasse.

CAPVT

ſtos. Conſideremus ergo, quanta ſit dignitas, quanta ſublimitas, ad ſimilitudinem Dei viuere, & indignis quibuſque ſicut & ipſe facit, miſericordiam impartiri, ac per hoc cæleſtis Patris filios effici. Intulerit nobis aliquid multa & grauiſſima damna, exhibeamus in eo ad inſtar cæleſtis Domini miſericordiam: habeamus odio iniquitatem quam fecit, diligamus in eo quòd factus eſt; execremur in eo peruerſitaté operis quam geſſit; ſed amemus in eo quòd homo eſt: ſit nobis in odio quòd malignitate repletus eſt, ſit in charitatis amore quòd frater eſt. Sic nobis pro illo ſicut & pro nobis ipſis orandum eſt; & quodcumque nobis cupimus proſperum euenire: pari etiam modo nobis in voluntate ſit, vt & eueniat illis. Hæc ita facientes, non ſolùm prælatam ſententiam euademus, ſed etiam filij Dei erimus: ac per hoc æterni Patris gaudiis ſine fine potiemur.

EXPOSITIO HISTORIARVM VETERIS TESTAMENTI VENERA. Petri Damiani Card. Hostiensis.

LIBER PRIMVS,

Nempe Geneſis, continet cap. 34.

CAPVT PRIMVM.

Dixit Deus, fiat lux, prima die.

QVALITER valeat homo conſummari, & quomodo debeat perfici, liber hic ſuccinctè perſtringit, prout ex mundi creationis ordine reperiri datur: quia enim homo microcroſmus, hoc eſt, minor mundus eſſe dicitur, nece ſ.

est, vt ad suæ plenitudinis incrementa contendens, ipsam mundanę conditionis speciem imitetur: & sicut visibilis atque corporeus hic mundus per suarum partium molem & magnitudinem consummatus est, sit & homo noster interiùs ad sui plenitudinem paulatim perueniat per augmenta virtutum, de qua spirituali plenitudine dicit Apostolus, *Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Tunc autem dicit in homine vt fiat lux, cùm datur ei vt illuminatio sibi credulitatis infulgeat. Prima quippe mentis lux fides est, vnde iam fidelibus Ephesiis benedicit Apostolus, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*; & hoc est primum in lege præceptum: *Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est.* Tunc autem in homine primus dies fit, cùm nouus ad fidem venit.

CAPVT

CAPVT II.

De firmamento & diuisione aquarum.

SEcunda die fecit Deus firmamentum & diuisiones aquarum, quarũ aliæ ad inferiora defluerent, aliæ in superioribus remanerent. Quid autẽ firmamentum nisi robur est Scripturarum? Vnde legitur, quòd cœlum in die iudicij plicabitur sicut liber. Quid autem sunt aquæ inferiores, nisi hominum multitudines? iuxta illud Apocalypsis, *Aquæ multæ, populi multi.* Quid verò superiores nisi chori sunt Angelorũ? de quibus in Psalmo dicitur: *Et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Angeli enim Scripturarum cœlum super se nõ habent, sed sub se: quia non egent vt verbum Dei legentis audiant, qui ipsum Deum præsentem clarè conspiciunt, & in eius semper amore flammescunt. Cùm igitur homo per

firmamentum, hoc est, per cælestis eloquij documentum, iam incipit diuidere inferiores aquas à superioribus, idest, carnalia à spiritualibus, terrena à cælestibus separare, tunc in eo secundus fit dies, quia non modò fidei lumen, sed etiam rerum incipit habere discretionem.

CAPVT III.

De aquarum congregatione in locum vnum sub cælo.

FActa igitur diuisione aquarum, hoc est, inter terrena & cælestia, necesse est vt humana mens hæc eadem terrena minutiùs diuidat, & sic reprobos homines huius terrenæ sapientiæ salsugine prurientes à iustis fontem fidei sitientibus, tanquam ab arida mare discernat. Infideles enim siue carnales quilibet à maris tentationum fluctibus quatiuntur, & tanquam procellarum

cupi

cupiditatum & arrogantiæ tempestatibus intumescunt : Sancti verò quique ac iusti velut arida Deum sitiunt, & tanquam ferax terra virentes bonorum operum fructus germinare contendunt. Ideoque cùm dixisset Deus, *Et appareat arida*, eodem die itidem præcepit, *germinet terra herbam virentem facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum.* Quisque igitur facta iam, vt dictum est, aquarum diuisione & congregatione, Deo factus arida, diuinæ gratiæ fontem, medullitùs scilicet, bonorum fructuum germina proferat, vt sibi dies tertius illucescat.

CAPVT IV.

De luminaribus quarta die factis in firmamento cæli.

His ita positis & salubriter ordinatis, anima hominis, quasi dimotis vitiorũ tenebris, radiare incipit nitore

virtu-

virtutum. Quid verò est quòd priùs germinat terra, & protinus creantur luminaria, nisi quia prodeunte boni operis germine, lux in anima copiosiùs oritur, vt imitari valeat sui vestigia Redemptoris? Acceleret ergo mens humana spiritualium segetum germinare prouentum, vt rutilantibus diuinæ lucis radiis illustretur, quatenus dum quarti diei luce perfruitur, etiam ad contemplanda cœlestia more spiritualium volucrum rapiatur.

CAPVT V.

Quòd quinta die pisces & aues creati sunt.

QVinta die creati sunt pisces, per quos designantur, qui Baptismatis sacramentum percipiunt, sicut

per

per volucres illi, qui virtutum pennis ad cœlestia se contemplanda suspendunt. Quintum ergo diem cum volucribus habet, quisquis mundi amore contempto, quasi dedignatur cœnum calcare terrenum, ac per contemplationis gratiam ad cælestis gloriæ se prouehit appetitum. Hic igitur non iam in terra graditur, sed per aërem volat, quia terrena quæque despiciens, ad cælestia sitibundus anhelat, iuxta illud Psalmi, *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Hic ergo quasi perfectus vir ad sui Conditoris meritò formatus imaginem, qui tantam nimirum charismatum spiritualium possidet dignitatem, vt non iam solùm quamlibet normam præcipiatur tenere rerum, sed & ipsum Dei, in quantum fas est, imitari conetur exemplum, sicut dicit Apostolus, *Estote imitatores mei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit vos.* Differentia quippe magna erat

inter Paulum, qui Christum imitabatur, & eos quos procurabat ad imitandum seipsum, dicens, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

CAPVT VI.

De sexto die.

SExto die creatus est homo ad sui imaginem & similitudinem Creatoris, quod vtique sicut tunc factum est per humanæ conditionis exordium, ita nunc agitur per instaurationis intimæ sacramentum. Hic præterea inter omnia scilicet, aquæ simul & terræ animantia, quasi monarchiam accipit, & quendam sublimioris excellentiæ primatum: quia vnusquisque perfectus ac virtutibus consummatus nouit de singulis rectum proferre iudicium, sicut ait Apostolus, *Spiritualis homo iudical omnia, ipse autem a nemine iudicatur.* Hunc itaque Deus omnipotens perfe-

ctum virum, mundo ſcilicet mortuum, ſibiq́ue viuentem ſuum cõſtituit thronum, ac per eum ſæpe iuſtitiæ ſuæ promulgat edictum. Hinc eſtetiàm quòd ordo ille ſingularis, per quem frequentiùs iudicia ſua decernit omnipotens Deus, thronus vocatur; quia in eis ſummus arbiter, cùm iudicia per eos æquitatis exercet. Perfectum itaque virum Deus ſuum conſtituit ſolium, vt in eo ſuauiter requieſcat; vnde & per Prophetam, *Super quem*, inquit, *requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & manſuetum, & trementem ſermones meos?* Et notandum, quód per vnumquemque diem dicitur, *Factum eſt veſpere & manè, dies talis.* Veſpere ſcilicet ipſa boni operis perfectio eſt, manè verò lux mentis. Nam cùm opus bonum ad perfectionem peruenit, tunc in operantis mente lux gratiæ ſpiritualis exoritur, vt dum lucidum opus foris exequitur, intrinſecùs ipſe gratia ſpiritus illuſtretur.

CAPVT

CAPVT VII.

Quòd Sabbato, conſummatis omnibus, requieuit Deus.

SIc itaque peruenitur ad Sabbatum, in quo Deus & ipſe, conſummatis omnibus, requieſcit, & hominem requieſcere præcipit. Hoc itaque modo & homo fit Dei ſabbatum, & Dei ſabbatum hominis fit, quia ipſe homo in Deo requieſcit, & Deus in eo. *Manete in me, & ego in vobis, dicit Dominus*, ipſe quippe nobis intemporale tempus, & illocalis eſt locus. Illocalis ſcilicet, quia loco non circumſcribitur: intemporales verò, quia nunquam finitur. Tempus itaque nobis eſt Deus, dum dicit in Euangelio Ioannis, *Nónne duodecim ſunt*

horæ diei ? Se ſcilicet diem, duodecim autem horas totidem dicit Apoſtolos. Locus verò illic indubitanter exprimitur, vbi Propheta Dauid cùm præmiſiſſet, *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient*, protinus addidit, *Filij ſeruorum tuorum habitabunt ibi.* haud dubium quin in te. Fecit itaque Deus cælum & terram, tamen requieuiſſe non dicitur. Fecit germinantia terræ, & luminaria cœli, & requieuiſſe non dicitur. Fecit omnia, quæ paſcuntur in terris, & quæ mouentur in aquis, & in omnibus nunquam legitur requieuiſſe. Sed plaſmato ad imaginem ſuam homine, ſabbatum protinus quietis illuxit, & ſic humanitatis Conditor requieuit. Et cùm ipſe per Prophetam Eſaiam dicat, *Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum*, quod in illorum creatione non dicitur, in ſola hominis conditione quieuiſſe perhibetur. Et vt magis

quæ & cælestium charismatũ est fluentum irrigua, & tanquam fertilium arborum vel herbarum sic virentibus, sanctarum virtutum vernat germinibus adornata: fons enim ille siue fluuius, qui illic dicitur egredi de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, quique diuiditur in quatuor capita, ratio mentis est, ex qua velut originali fonte quatuor virtutes, Iustitia videlicet, Fortitudo, Prudentia simul ac Temperantia, quasi totidem salutiferi gurgites, profluunt, qui terram nostri cordis fertilem reddunt. Lignum verò vitæ ipsa bonorũ omnium mater est sapientia, de qua & Salomon ait, *Lignum vitæ est his qui apprehendent eam: & qui tenuerit eam, beatus.* Lignum verò scientiæ boni & mali, transgressio est legis indictæ, experimentumque miseriæ; sed quia nobis propositum non est exponere cuncta per ordinem, sufficiant hæc succinctè, quæ huic negotio competunt, præhibasse.

CAPVT

CAPVT VIII.

Immisit Dominus soporem in Adam.

AD hoc Dei virtus exinanita est, vt infirma nostra firmaret; ad hoc Dei sublimitas inclinata est, vt deiectos erigeret; ad hoc vita mori dignata est, vt mortis imperium destruens, ad vitam mortuos reuocaret: quod nimirum & in ipso generis humani declaratur exordio. Scriptum est enim, quia *immisit Dominus soporem in Adam, cúmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & replenit carnem pro ea, & edificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Super quo cùm loqueretur Apostolus dicens, *Relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*; præstò subiunxit, *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico*

in Christo & Ecclesia. Et verè magnæ virtutis indicium, mirandæ profunditatis est sacramentum. Per Adam siquidem Christus, per Euam designatur Ecclesia. Quid est autem quod priùs Adam Deus soporauit, deinde costam ex eius latere, vnde mulier formaretur, eduxit, nisi quia priùs Redemptor in morte dormiuit, sicque de latere eius in Ecclesiæ Sacramentum sanguis profluxit? Translata est Eua de viri latere dormientis, exiuit & Ecclesia de latere Christi in cruce pendentis. Sed quid est, quòd omnipotens conditor, cùm mulierem de viro, id-est, fragilem sexum de fortiori propagare disponeret, non viri carnem, sed os potiùs ad faciendam fœminam sibi voluit materiam exhibere? Potuit enim Deus homini carnem subtrahere, vnde fœmina formaretur; & hoc certè congruentius videretur, fiebat enim sexus debilior, qui nimirum cõsequeretur de carnis infirmitate, quàm ex ossis procedere fortitudine. Et vt magis stupeat diuini operis sacramẽtum, nõ pro ossis os

red

molle, ſubiiciunt, quod durum eſt atque ad penetrandum difficile, ſuperponunt: loricis quippe ferreis induuntur, & carnem, quæ difficilè cedit ictui, cuſtodire contendunt; vt illud durum ac forte, quod foris eſt, defendat molle quod intus eſt. Redemptor noſter cùm mundi huius campum pugnaturus ingreditur: cùm ad debellandas huius aëris nequitias fortis præliator armatus, quia nouum debebat inſtruere præliũ, nouum induit genus armorum, videlicet, vt quod infirmum eſt ſuperponeret, & quod robuſtum eſt occultaret: loricam ſiquidem imbecillé carnis induit, & inſuperabilem diuinitatis fortitudinem occultauit. Sic per carné diabolus à ſecundo homine perdidit, qui per carnem dudum primum hominem ſuperauit, eidémque nunc ruinæ facta eſt cauſa, quæ victoriæ fuerat de primo parente materia.

CAPVT IX.

Quòd deambulante Domino in paradiſo, Adam, quia nudus eſſet, ſe abſcondit.

FRigus concretum pectori vocẽ interrumpere conſueuit, hoc denique frigus iam tunc ille conceperat, qui deambulante Domino ad auram paradiſi poſt meridiem, raucis quodammodo vocibus reſpondebat: *Audiui vocem tuam, & timui, eo quòd nudus eſſem, & abſcondi me.* Porro quia meridianus ab illo iam feruor abierat, aura, quæ frigoris eſt alumna, huc accedebat, quia & illũ iam innocentia ſublata nudauerat. Hęc omnia quid aliud innuunt, quàm quia illius viſcera extincti amoris algor obſtrinxerat, atque idcirco vox illius in auribus Domini raucum ſonabat? Ab hoc planè frigore Abraham alienus extiterat, de quo Scriptura pronunciat, *Quoniam apparuit ei Dominus in ipſo feruore diei*; & Sponſus ille cæleſtis, ſicut in Cãticis legitur, *paſcit & cubat in meridie.*

CAPVT

CAPVT X.

De Caim ſeptuplum vltio dabitur, de Lamech ſeptuagies ſepties.

VT beatus Lucas expiari nos à noſtris ſceleribus per aduentum noſtri Saluatoris oſtendat, non ab Euangelicę narrationis exordio, ſed à Baptiſmo duntaxat, & Chriſti cognatione ordinem eius inchoat, quę per ſeptuaginta ſeptem cognationis gradus aſcẽdendo deſcribit, quod & in libro Geneſeos euidenter oſtenditur, vbi Lamech vxoribus ſuis dixiſſe narratur, *Septuplum vltio dabitur de Caim, de Lamech verò ſeptuagies ſepties.* Vltio quippe de Lamech ſeptuagies ſepties danda dicitur, quia ſeptuaginta ſeptem homines de femoribus eius perhibentur egreſſi, ac poſtmodum diluuio vorante referuntur abſorpti. Sed quia Lamech percutiens ſiue percuſſus exprimitur, quid per hunc, niſi primus parens humani generis figuratur? Qui nimirum & peccati telum, quo primus ipſe percuſſus

interiit, vniuersæ quoque succeſſuræ poſteritati vulnus inflixit. De hoc ergo Lamech ſeptuagies ſepties vltio data eſt, quia peccatum, quod primus homo contraxit, per ſeptuaginta ſeptē generationes in humano genere viguit vſq; ad Chriſtum: peccatū ſiquidē originale permanſit, quod ipſe per Baptiſmi ſacramenta deleuit, vbi videlicet de illo dicitur, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

CAPVT XI.

Fac tibi Arcam de lignis læuigatis, & bitumine linies intrinſecùs & extrinſecùs.

ARcā, quæ octo animas inter cataclismi fluenta continuit, intrinſecùs & extrinſecùs liniri bitumine vox diuina præcepit, ſancta ſcilicet Eccleſia, quæ ad reſurrectionis gloriam tendit, ſic intus & extrà bitumine linitur, vt & foris blandiatur in fraterna dilectione, & intus cohæreat in dulcedinis mutuę veritate. Quiſquis enim intus amat,

ſed

ſed foris fratribus morum inconſona aſperitate diſcordat, intrinſecùs quidē bitumē habet, ſed extrinſecùs nō habet. Quiſquis verò ſe ſpecietenus affabilem præbens amicitiā ſimulat, ſed in cordis occulto veritatē amicitiæ non ſeruat, damnabiliter intus hiat, cùm forinſecus ſuperducti bituminis ſimulatione cohęreat: quorū videlicet à diluuiali naufragio neuter eripitur, quia duplici charitatis bitumine, vt diuinitus præceptū eſt, minimè munitur. qui autē ſe & foris præbet amabilem, & intus cōſeruat amātem, foris cum ramis verbi fructus exhibet beneficij, intus altam radicē figit, quia medullitus diligit. Hic profectò & intus & extrà bitumine linitur, quia duplici charitatis glutino cū proximis fœderatur. Porrò autē quia de lignis lęuigatis priùs arca fieri præcipitur, & ſic deinceps vt bitumine liniatur, per hoc apertè nobis innuitur, vt ligna noſtra, duri videlicet, inculti & aſperi mores, priùs expleri debeant per ſpiritualis exercitij diſciplinam, vt cōpactę dehinc fabricæ bitumē accedat: quandiu enim

hominum mores aſperi ſunt & inculti, inaniter eis charitatis glutẽ apponitur, quia ab inuicem citò deſiliunt, dum in eis politæ moralitatis æquata confœderatio non tenetur.

CAPVT XII.

De menſura Arcæ diluuij.

CRucis myſterium Arca illa continuit, cuius lõgitudinẽ trecentorũ fuiſſe cubitorum Scriptura definit. Qui videlicet numerus in Tau litera, quæ crucis exprimit ſpeciem, continetur. Porrò ſicut Noë cum ſuis per aquam, lignúmque ſaluatur, ſic & Chriſti familia aqua ſaluatur & ligno, dũ & Baptiſmo ſalutis abluitur, & viuificæ Crucis impreſſione ſignatur. Quæ videlicet Arca vt in ſacramento Chriſti humani corporis videatur æquiparare menſurã trecentos habuiſſe cubitos in longitudine, triginta verò in altitudine perhibetur. Trecenti namque quinquagenarium numerum ſexies, & tricenarum in

ſe decies includunt: & humani corporis longitudo à capitis vertice vſque ad pedes ſexies tantũ habet, quantum latitudo, quę eſt à dextera vſque ad ſiniſtrã, & decies tantum quantũ altitudo, quæ eſt ante & retro. Sic nimirum Arca in trecentenario longitudinis ſuæ numero ſpeciem Crucis, & in totius ſuæ dimenſionis altitudine figurã tenet Dominici corporis. Et ſicut animæ ſeptem donantur Noë, vt per lignum ſaluentur in aquis diluuij, ſic ſeptem Eccleſiæ ſeptiformi Spiritu repletæ ſaluantur in Chriſto per lignum Crucis, & aquam Baptiſmatis. Per lignum nẽpe nos ſeruituti ſuæ princeps ſuperbiæ ſubdidit: & per lignum nos humilitatis auctor Chriſtus Dominus in libertatis titulum reuocauit.

CAPVT XIII.

Quòd cubitis quindecim altior fuit aqua diluuij ſuper omnes montes.

QVindenarius numerus quia ex ſeptem & octo conſtat, myſterium

in se continet beatæ quietis & futuræ resurrectionis: Deus enim initio mundi conditi septimo die requieuit, & octauo die cùm mundum redimeret, resurrexit. Vtriusq; numeri huius sacramentum continetur specialiter in Baptismo, vbi scilicet noui de vetustate resurgimus, & deinceps quiescere à mundani strepitus perturbatione iubemur. Hoc denique septimæ quietis & octauæ resurrectionis mysterium non intelligunt, qui vel gloriæ mundanę iactantia, vel terrenæ sapiętiæ vanitatibus intumescunt. Vnde aptè hîc dicitur, quia *quindecim cubitis altior fuit aqua super omnes mõtes quos operuerat*. Mõtes scilicet superbos significãt, & elatos. Altũ ergo atq; profundũ resurrectionis & quietis intimæ Sacramentũ omnem trãscendit intellectum alta sapientiũ superborum.

CAPVT XIV.

Quòd diluuium cœpit minui post centum & quinquaginta dies.

REuersę sũt aquæ de terra euntes & redeũtes, & cœperunt minui post

cen

centũ & quinquaginta dies. Quoniã in regenerationis noſtræ myſterio ſeptima requies cum octaua reſurrectione cõiungitur, benè in Geneſis libro dicitur, *Quia reuerſa ſunt aqua de terra, & cœperunt minui poſt centum & quinquaginta dies:* ſeptuaginta namque, qui à ſeptẽ, & octoginta qui ab octo dinumerantur, ſimul iuncti centũ quinquaginta fiunt.

CAPVT XV.

Quòd Arca requieuit menſe ſeptimo.

REquieuit Arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ. Quæ nimirũ ſeptuagenarij requies bene in Baptiſmo commendatur, quod videlicet per diluuium illud figuratum eſſe dignoſcitur, in quo noui de Adam vetuſtate reſurgentes, deinceps quieſcere à mundani ſtrepitus perturbatione iubemur.

CAPVT VVI.

De coruo & columba ex Arca dimissis.

IN huius quippe mundi salo iusti laborant, vbi suam reprobi possident requiem. Quam diuersitatẽ bene coruus & columba ex Arca dimissi significant: coruus enim cadaueribus insidens ad Arcæ claustra non rediit: columba verò reuersa est, quia vbi pes eius requiesceret, nõ inuenit. Hîc enim, vbi praui quique carnalibus se voluptatibus satiant, sancti viri reperire nequeunt, vbi ad quiescendum desiderij sui pedem ponant.

CAPVT XXII.

Quòd dimiserit iterum Noe columbam ex Arca.

CVm mundi crimina diluuio quodam expiarentur effuso, futuri muneris columba similitudinem protulit, cùm per oliuæ ramum pacem

terris

terris redditam nuntiauit. Ait enim Scriptura, *Expectatis autem ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit Noë columbam ex Arca: at illa venit ad eum portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo.* In emiſſione ac reuerſione columbæ ſeptenarius numerus ponitur: quia Spiritus ſanctus, qui in mundi principio ferebatur ſuper aquas, iam veſperaſcente ſæculo, ſanctam repleuit Eccleſiam.

CAPVT XVIII.

Venite, faciamus ciuitatem.

CVm proficiſcerentur de Oriente in Occidentem, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt ibi in eo. Cùm Chriſtus verò ſit Oriens, Prophetа teſtante Zacharia, qui ait, *Ecce vir Oriens nomen eius*, de Oriẽte veniunt, qui à Chriſti conſortio malè viuendo vel proximos lacerando recedunt. Sennaar autem interpretatur, excuſſio dentium ſiue fœtor eorum. In campo ergo Sennaar habitant, qui non conſtituti in

Arca virtutũ, ſed potiùs in valle vitiorum, dentes excutiunt, vt proximos ſuis detractionibus mordeant, & quaſi rodant, & fœtores emittunt, dum in cœnoſę conuerſationis ſqualoribus cõputreſcũt. Sed eorum dentes Deus excutit, dum peruerſorum quorumlibet facta ſimul & verba confundit: vnde & illic dicitur, *Idcirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ, & diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum.* Rectè ergo dicitur, quia illi homines & vanæ glorię captatores, nimirũ dicentes, *Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim*, &c. habitauerunt in campo Sennaar: quoniam peruerſi quique, dum contra diuinæ legis mandata ſuperbiunt, dum aduerſùs Deum ceruicem cordis arrogantèr erigunt, & proximis dãnabiliter detrahunt, ipſi procliuiùs in obſcœnæ vitæ ſterquilinio volutantur. Et de excuſſione quidem dentium in Pſalmo dicitur, *Dentes peccatorum cõtriuiſti.* Item, *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet Dominus.* De fœ-

tore

tore quoque eorum legitur, *Computruerũt iumenta in ſtercore ſuo.* Item in Threnis, *Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Item Eſaiæ 3. *Erit pro ſuaui odore fœtor.* Quiſquis enim vult ædificiũ fundare, quod facilè minæ non ſit obnoxium, neceſſe eſt eum non lateres & bitumen habere quę repentè diſſiliant, ſed lapides potiùs & ſaxa quæ parietes coniungant, & calcis ac ſabuli cæmentum, quod ipſos parietes inuiolatá lapidum compage fortiter, firmitérque conſtringat. Quod igitur Babylonij lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento habebant, carnalis vitæ ſignificatur ædificium, ad vim ventorum vel impetum fluminũ quantocyùs obruendum.

CAPVT XIX.

De quinque Regibus Sodomæ & Gomorrhæ, qui à quatuor Regibus interfecti ſunt.

PRudentia huius mundi inimica eſt Deo: legi enim Dei non ſubiicitur, nec enim poteſt. Hinc eſt, quòd ſicut in

libro

libro Geneſis,quinque Reges, qui ſubeſſe noluerũt,Chodorlachomor,à quatuor Regibus ſuperati ſunt. Et vbi? In valle ſylueſtri,quę nũc dicitur mare ſalis. Qui ſunt enim quatuor Reges,niſi quatuor virtutes, quas Scriptura ſacra nominat principales? Quid verò per quinque Reges, niſi totidẽ ſenſus corporis, ac per eos exterior ſcientia deſignatur?Sicut autem illę quatuor virtutes velut ex originali matris ſuæ,rationis ſcilicet fonte procedunt: ſic iſti in terrenę ſapientię vanitate velut in conualle ſalſuginis immorantur, ibíque à ſuis hoſtibus ſunt proſtrati,quia dignũ eſt, vt in anima hominis ſpiritualis ſapientia vincat, & carnalis prudentiæ calliditas pereat.Hinc & de Dauid legitur: *Quia fecit ſibi nomen,cùm reuerteretur capta Syria in valle ſalinarum.cæſis duodecim millibus.*

CAPVT

CAPVT XX.

Quòd Abraham cùm Deo sacrificauit, pecora diuisit, aues non.

QVi tollens, inquit Scriptura, *vniuersa hæc, diuisit ea per mediũ, & vtrasque partes circa se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit.* Terrena quidem animalia contra se & altrinsecus opponũtur, quia terreni quique contra proximos iurgiis & contentionibus sęuiunt, vel certè occultis aduersùs eos odiorũ fomitibus inardescunt. At contrà, qui sese in altum desiderij cælestis pluma sustollunt, dum sacrificium Deo semetipsos offerunt, à mutuę dilectionis glutino non recedunt.

CAPVT XXI.

Abraham volucres descendentes super sacrificia abigebat.

MAligni Spiritus vel orationes nostras prauis cogitationibus,

vel

vel opera bona peccati cuiuslibet contaminatione corrũpere nituntur. Vnde scriptũ est, quia cùm Abraham Deo sacrificium de pecoribus ac volucribus deuotus offerret, descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abrahã. Quid enim exprimunt volucres, nisi reprobos spiritus per aëra volitantes? Volucres ergo à sacrificio nostro repellim⁹, cũ orationũ seu operũ nostrorũ victimas à malignis spiritib⁹ eas fœdare tentantibus, prouidè custodimus.

CAPVT XXII.

Cùm Sol occumberet, sopor irruit super Abraham, orror magnus inuasit eum.

CVm sol occumberet, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Solis occubitus mundi designat occasum: horror verò magnus & tenebrosus vitiorum figurat, criminúmque caliginem, quæ quotidie pestilenter perhorrescũt per æstuantem reproborum hominum prauitatem. Vnde & illic paulò pòst additur: *Cùm ergo occubuisset Sol, fa-*

Et ecce caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans. Sicut enim fumus ex igne clibani vaporantis egreditur; ita vitiorum omnium flagitiorúmque caligo de camino æstuantis auaritiæ generatur, sicut dicit Apostolus: *Quia radix omnium malorum auaritia est.* Et hoc circa finem diei, hoc est circa finem mundi. Fumans ergo clibanus tenebrosam caliginem generat, quia caminus auaritiæ, qui in pectoribus hominú prauorum æstuat, multis diuersitatum tenebris mundum pestilenter obscurat. Annon mentes infœlicium cæcat, quæ scilicet & fidem tollit, & omnium virtutum in eorum cordibus lumen extinguit? Vnde cùm illud premisisset Apostolus, prestò subintulit: *Quam videlicet auaritiam quidam appetentes erraverant à fide, & inseruerunt se doloribus multis*: multis quippe doloribus se inserunt, dum propter temporalia lucra infœderabili à se inuicem simultate dissiliunt: & plerumque dum pro corporalibus in arma concurrunt, corporibus animas exuunt. Qui verò Solis cœlestibus inardescunt, pro dolo-

ribus

ribus oblectationibus potiuntur, quia in fraternæ charitatis dulcedine vnanimiter viuunt. Hinc est, quòd illo sacrificio vespertino, quod tunc Abraham obtulit, pecora quidem terrena ab inuicem sequestrata composuit, sed volatilia non adiunxit. Vnde Scriptura, *Qui tollens*, inquit, *vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtraſque partes alterutrum contra se posuit, aues autem non diuisit.*

CAPVT XXIII.

Descendam & videbo, an clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.

SI Creatoris nostri facta vigilanter attendimus, ad credenda quælibet mala fidem adhibere facilè non debemus: ipse enim, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, non dedignatus est, cùm loqueretur ad Abraham super Sodomorum clamore, qui ad eum venerat, dicere, *Descendam, & videbo vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. An non est vt sciam?* Quod profectò

ad

ad nil aliud dictum videtur, nisi vt humana doceatur ignorantia, sine experimentis audita, non credere incognita, non leuiter iudicare, nec ante sententiam promere quàm rem dubiam testimoniis approbare.

CAPVT XXIV.

Quòd Sodomitæ dum conarentur ad Angelos violenter irrumpere, cæcitate percussi sunt.

ECce, inquit Scriptura, *miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauserúntque ostium, & eos, qui foris erant, percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.* Sodomitæ nempe violenter ad Angelos conantur irrumpere, cùm immundi homines ad Deum tentant per sacra officia propinquare. Sed ibi profectò cæcitate percutiuntur, quia iusto Dei iudicio in tenebras interiores cadunt: ita vt non ostium inuenire prævaleant, quia adeò diuisi peccando, vn-

de

de ad eum reuertantur, ignorant. Qui enim nõ per humilitatis iter, sed per arrogantię vel tumoris anfractus ad Deũ accedere gestiunt, patet profectò, quia vnde egressionis aditus pateat, non agnoscũt. Sed quia ostium Christus est, sicut ipse dicit, *Ego sum ostium*: & qui Christũ exigentibus peccatis amittũt, quà intrare cœlestium ciuium habitaculum possint, ostium non inueniunt. In reprobum autem sẽsum traditi sunt, quia dum reatus sui pondus impropriæ mentis statera subtili consideratione non trutinant, grauissimã plumbi massam pennarum inanium leuitate putant. Quod ergo illic dicitur, *Percusserũt eos, qui foris erant, cæcitate*, hoc Apostolus manifestè declarat, cùm dicit, *Tradidit eos Deus in reprobum sensum*, Et quod illic subiungitur, *Vt ostium inuenire non possent*: hoc iste patenter exponit, cùm ait, *Vt faciant quæ non conueniunt*, ac si diceret, vt intrare tentent vnde non debent.

CAPVT

CAPVT XXV.

Quòd Abraham vnicum ſibi filium ſacrificandum Deo obtulit.

ABraham dum immolare Deo filium ſuum voluit, cuncta penè per ordinem paſſionis Chriſti ſacramenta ſignauit. Sicut Abraham, qui pater excelſus dicitur, vnicum & dilectum filium Deo offerre non dubitauit, ita & ſummus Pater vnigenitum Filium pro nobis omnibus tradidit. Et ſicut Iſaac ipſe ſibi ligna portauit, quibus erat imponendus, ita quoque Chriſtus crucis ſuæ paſſionis geſtauit in humeris lignum, in quo erat pro noſtra ſalute paſſurus. Duo autem ſerui illi procul dimiſſi Iudæos ſignificant, qui cùm ſeruiliter viuerent, & carnaliter ſaperent, non intellexerunt altiſſimam humilitatem Chriſti, atque ideo non aſcenderunt in montem, locum videlicet ſacrificij. Cur autem duo ſerui, niſi quia peccante Salomone ex vna Iſraëlitica plebe duo facti ſunt popu-

li? quibus vtique ſæpe per Prophetam dicitur, *Aduerſ urix Iſr. ël, & prauaricatr x Iudæ.* Aſinus autem ille, quo vtebatur Abraham tunc, inſenſata erat ſtultitia Iudæorum. Illa planè bruta ſtultitia omnia ſacramenta portabat, quæ tamen quid ferret velut irrationale animal ignorabat, Iã verò quid eſt quod dictum eſt eis, *Expectate hic cum aſino, poſtquam autem adorauerimus, reuertemur ad vos.* Audi Apoſtolũ, *Cæcitas*, inquit, *ex parte in Iſraël facta eſt, vt plenitudo Gẽtium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.* Quid eſt enim quod dicitur, *Cæcitas in Iſraël facta ex parte?* hoc eſt videlicet, *Expectate hic cũ aſino, vt plenitudo Gẽtũ intraret.* hoc eſt, poſtquam adorauerimus: vbi videlicet ſacrificiũ Dominicæ paſſionis impletũ per omnes Gentes fuerit prædicatum. Quod autem ſequitur, *& ſic omnis Iſraël ſaluus fieret*: hoc eſt, reuertemur ad vos. Quid eſt autem quòd aries inter vepres hærens cornibus inuenitur, qui pro Iſaac immolatus offertur? Crux nempe cornua habet: duo ſiquidem ligna inuicem compinguntur, &

ſic

ſic crucis ſpeciem reddunt : hinc eſt enim quod de Chriſto ſcriptū eſt, *Spinæ pungunt a manibus eius.* Hærens ergo cornibus aries, Chriſtus eſt crucifixus inter aculeatas & vulnificas Iudæorum iniquitates. Sicut ipſe per Hieremiam cōqueritur, dicens: *Spinis peccatorum ſuorum circumdedit me populus hic.* Perfecto ſacrificio dicitur Abrahæ, *In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes.* Et poſtquam Dominus dixit, *Foderunt manus meas, & pedes meos*, paulò pòſt in eodem Pſalmo ſubiecit: *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius omnes patriæ Gentium. Quoniam* Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur Gentium. Oblato itaque Abraham filio, & pro eo ariete immolato, appellauit nomen loci illius, *Dominus videt*, quia Dominus noſter poſtquā in ara crucis oblatus, mortis noſtræ debitum ſoluit, videndum ſe deinceps fidelium ſuorum obtutibus præbuit, vt nimirum redempti omnes illum iam per fidem inueniant, qui eatenus fidei oculos non habebant.

CAPVT

CAPVT XXVI.

De Lia & Rachel vxoribus Iacob.

PORro non est obscurum, quòd Laban duas filias habuit, quarum iuniorem Iacob in coniugium copulauit, ad cuius tamen amplexus peruenire non potuit, donec maiorem ignarus atque ideo inuitus accepit. Sed quia rem scientibus loquor, non mihi multis elaborãdum est verbis. Laban quippe dealbatio interpretatur. Quis autem ad Deum conuertitur, nisi vt deposita peccatorum nigredine, per remissionis gratiam dealbetur? sicut ipse pollicetur, dicens, *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Quod fœlix ille peccator postulabat, cùm diceret: *Mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Lia interpretatur laborans, Rachel verbum siue principium. Sed si Scripturam diligenter attendimus, nec vno quidem die seruisse Iacob propter Liæ desiderium reperi-

mus, ſed per totas illas annorum hebdomadas pro ſola Rachel ſeruituti ſubiacuit. Inſuper & ipſam Liam ad illius intuitum tolerauit. Quis ad Deum idcirco conuertitur, vt labores & ærumnas, ac tẽtationum certamina patiatur? Omnis enim Deum quærentis intentio hoc ſperat, ad hoc ſpectat, vt ad requiẽ quandocumque perueniat, & in ſummæ contemplationis gaudio, velut in pulchræ Rachel amplexibus, requieſcat; videlicet, vt per verbum quod audit, aſcendat ad videndum principium quod quæſiuit. Sed neceſſe eſt, vt hunc diuerſorum certaminum labor exerceat, antequam ad quietis intimæ ſuauitatem, quam concupiſcit, attingat. Priùs ſeruitute deprimitur, vt iure poſtmodum ad perfectæ libertatis titulos prouehatur. Septẽ verò annis ſub dealbationis gratia ſeruit, & cum ſeptem ea quæ ad proximi dilectionem pertinent Decalogi mãdata cuſtodit, videlicet vt primò timore conſtrictus, atque ideo ſeruituris iugo depreſſus, ſaltem à vetuſtæ legis incipiat inſtitutis, vt nimi-

rum parentes honoret, vt non mœchetur, non occidat, non furetur, non falsum testimonium proferat, non vxorem alterius, nec rem proximi concupiscat. Quibus ritè seruatis, non mox, vt sperabat, ad contemplationis oblectamenta perducitur, vt velut expectatæ diu Rachel pulchritudine perfruatur: sed Lia sibi per noctem inopinatò supponitur, quia inter humanæ huius ignorantiæ tenebras tolerantia sibi laboris iniungitur; ex qua tamen iam numerosam sobolem suscipit: qui vberes spiritualis lucri per hunc laborem fructus acquirit. Hanc itaque tolerat, vt ad illam quandoque perueniat, quæ perseueranter amat. Suadetur ergo, vt per alios septem annos seruire desudet, quia profectò necesse est, vt adhuc alia septem præcepta obseruet, sed iam aliquantò liberior, non legalia tanquam seruus, sed Euangelica sicut gener. Videlicet, vt sit pauper spiritu, sit mitis, lugeat, esuriat, sitiátque iustitiam, sit misericors, mundum cor habeat, sit postremò pacificus. Enimuerò vellet

homo,

homo, si fieri posset, nullas laborum molestias agendo vel proferre, sed protinus in ipsis sui tyrocinij rudimentis ad pulchræ contemplationis delicias peruenire, veruntamen hoc non in terra morientium fit, sed in terra viuentium. Quod significare videtur illud quod ad Iacob dicitur, *Non est*, inquit Laban, *in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias*. Nec absurdè maior appellatur, quæ prior est tempore. Prius est enim in Domini eruditione labor boni operis, quàm requies contemplationis. Expletis itaque duabus, altera videlicet legis antiquæ, altera Euangelicæ gratiæ, mox ad diu desideratæ Rachel peruenitur amplexus: quia quisquis pertingere ad diuinæ contemplationis oblectamenta desiderat, priùs necesse est, vt vtriusque Testamenti peragere mandata contendat.

CAPVT XXVII.

De Bala & Zelpha.

SEd quia electus quisque perfectionis suæ limite non contentus filios & ideo gignere speciali fœcunditate desiderat, postquam coniugale fœdus Iacob cum duabus sororibus iniuit, ad propagandum vberioris germen sobolis, ancillas quoque ad generandi vsum suscipere non refugit. Atque vt omnia intelligãtur spiritualibus redũdare mysteriis, ipsa quoque ancillarum nomina sub mysticis sunt prænunciata figuris. Nam Bala interpretatur inueterata, sanè quia intellectum spiritualis substantiæ nudis verbis humana lingua nequit exprimere, præcepta sapientiæ per quasdam corporeas similitudines audientem nititur informare. Hac autem vita carnalibus sensibus dedita corporeæ cogitãtur imagines, quarum videlicet ad docendum vsus assumitur, cùm aliquid ex incomprehẽsibili & in-

commutabili essentia diuinitatis auditur. Rachel itaque maluit vtcumque filios ex ancilla suscipere quàm omnino sterilis permanere: quia doctrina sapiẽtiæ sine gratia contemplationis per exteriorem scientiam, vel visibilium rerum formas, auditoribus intimat quidquid de inuisibilibus intra arcana occultat. Et sic quodámodo per ancillam filios accepit, dum per eam, quæ sub se est, scientia spirituales Deo filios parit. Zelpha verò interpretatur os aperiens. Hæc igitur ancilla illos figurat, quorum in prædicatione Euangelicæ fidei, os quidem hiat, sed cor non hiat; de quibus videlicet scriptum est: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me*; & de quibus Apostolus, *Qui prædicas*, inquit, *non furandum furaris*: verũtamen ex hac ancilla cohæredes futuros aliis Lia filios accipit, quia sæpe per tales prædicatores actiua vita multos regni filios adoptauit. De quibus Veritas dicit: *Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite.* & Apostolus *Siue*, inquit, *occasione, siue ex veritate annuntietur, & in*

hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Hoc autem vobis conſiderandum eſſe perpendimus, quia ſicut Iacob ſolius Rachelis intuitu omnes illas mulieres accepit, ex quibus filios genuit, ſic quiſquis ſub dealbationis gratia conſtitutus, fructificare Deo ſpirituali fœcunditate deſiderat, neceſſe eſt, vt per omne, quod agit, ad contemplationis gratiam ſemper tendat.

CAPVT XXVIII.

Quòd Rachel nomen filij ſui Benjamin vocauit.

EGrediente anima, Rachel præ dolore & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei. Pater verò appellauit eum Benjamin, id eſt, filius dexteræ. Per Rachel enim, Eccleſia non immeritò deſignatur, quæ nimirum & ad inſtar ouis innocéter viuit, & per ſtudiũ contemplationis ad videndam Redemptoris ſui ſpeciem medullitùs inardeſcit;

qui

qui de se requirentibus Iudæis ait, *Ego principium, qui & loquor vobis.* Per Benjamin verò, qui nascente matre emoritur Rachel, designatur Paulus, quem de hac stirpe extitisse nemo est qui dubitet. Et Benjamin bene nascente matre emori dicitur, quia appropinquante ad lucem nouę regenerationis Saulo, persecutionibus Ecclesia per eum grauiter impugnatur. Sicut Lucas in Actibus Apostolorum, *Saulus*, inquit, *deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam.* Congruè itaq; Rachel Benoni, id est, filiũ doloris nostri curat, quẽ Iacob Benjamin, id est, filiũ dexteræ nũcupat; quare Paulus, qui matris Ecclesię dolor extiterat, qui eam quodãmodo, dũ nasceretur, impugnãdo peremit, à Deo Patre filius dexteræ est appellatus, dum per eum diuina potẽtia aduersùs Gentes, quasi per fortem suam dexterã, dimicauit, verborũ iacula valenter intorsit, salubres cordiũ plagas intulit, & per eũ, deuictis atq; prostratis hostibus, cum gloria triũphauit. Hinc est, quod idẽ Paulꝰ ad Galatas ait:

Cùm placuit autem ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filiũ suum in me, vt euangelizarem eum Gentibus, continuò non adquieui carni & sanguini. Non ergo immeritò filius dexteræ Paulus vocatur, per quem omnis Gentium multitudo, quæ ad dexteram Dei ponenda est, ad fidei sacramenta colligitur.

CAPVT XXIX.

Iod Onan inuenit aquas calidas in solitudine, dum pasceret asinos patris sui.

ISte est Onan qui inuenit aquas calidas in solitudine, dũ pasceret asinos Sebeon patris sui. Hoc planè quantùm ad literã videtur friuolum. Quid enim pertinet sacrę Scripturę, vt referat, quia custos asinorum aquas reperit in deserto? Sed vbi in sacris literis nulla videtur vtilitas, ad spiritualem intelligentiã necesse est, vt mẽs recurrat. Quid est enim per figurã, Onã in solitudine patris asinos pascere, nisi spiritualẽ quempiam

virum

virum,cui Deus pater eſt,ſimplices fratres ſub diſciplinæ remotioris ſtudio cuſtodire? Et quid eſt aquas calidas inuenire, niſi in compunctionis lacrymas,quæ de feruore ſancti Spiritus eliciuntur,erũpere?Nam & ipſa interpretatio nominum huius figuræ non refugit intellectũ. Onan ſiquidẽ dolor triſtitiæ eorũ, ſiue muſitatio vel murmuratio interpretatur.Quiſquis enim verę cõpũctionis triſtatur dolore, quaſi ſub quadã querula muſitatione aduersùm prauitatẽ vitæ ſuæ murmurare cõpellitur. Ipſe quippe in æquitate principaliter ſtat, quia iuſtitiæ rectitudine nulla neceſſitate coactus exorbitat.Onan ergo dũ patris ſui Sebeon aſinos paſceret, aquas calidas reperit, quia quiſquis ſe per vitę rectitudinẽ Deo filium exhibet, ac de peccatis ſuis medullitùs dolet,dũ ſe reddit in peruigili fratrũ cura ſollicitum,diuino munere percipit gratiam lacrymarũ. Nam & beata illa peccatrix priùs pedes Domini vngento perunxit. poſtmodùm alabaſtrũ vngenti pretioſi ſuper caput recumbentis effudit Caput

de ad eum reuertantur, ignorant. Qui enim nõ per humilitatis iter, sed per arrogantię vel tumoris anfractus ad Deũ accedere gestiunt, patet profectò, quia vnde egressionis aditus pateat, non agnoscũt. Sed quia ostium Christus est, sicut ipse dicit, *Ego sum ostium*: & qui Christũ exigentibus peccatis amittũt, quà intrare cœlestium ciuium habitaculum possint, ostium non inueniunt. In reprobum autem sẽsum traditi sunt, quia dum reatus sui pondus impropriæ mentis statera subtili consideratione non trutinant, grauissimã plumbi massam pennarum inanium leuitate putant. Quod ergo illic dicitur, *Percusserũt eos, qui foris erant, cæcitate*, hoc Apostolus manifestè declarat, cùm dicit, *Tradidit eos Deus in reprobum sensum*, Et quod illic subiungitur, *Vt ostium inuenire non possent*: hoc iste patenter exponit, cùm ait, *Vt faciant quæ non conueniunt*, ac si diceret, vt intrare tentent vnde non debent.

CAPVT

CAPVT XXV.

Quòd Abraham vnicum sibi filium sacrificandum Deo obtulit.

ABraham dum immolare Deo filium suum voluit, cuncta penè per ordinem passionis Christi sacramenta signauit. Sicut Abraham, qui pater excelsus dicitur, vnicum & dilectum filium Deo offerre non dubitauit, ita & summus Pater vnigenitum Filium pro nobis omnibus tradidit. Et sicut Isaac ipse sibi ligna portauit, quibus erat imponendus, ita quoque Christus crucis suæ passionis gestauit in humeris lignum, in quo erat pro nostra salute passurus. Duo autem serui illi procul dimissi Iudæos significant, qui cùm seruiliter viuerent, & carnaliter saperent, non intellexerunt altissimam humilitatem Christi, atque ideo non ascenderunt in montem, locum videlicet sacrificij. Cur autem duo serui, nisi quia peccante Salomone ex vna Israëlitica plebe duo facti sunt popu-

li? quibus vtique ſæpe per Prophetam dicitur, *Aduerſarix Iſr. ël, & prauaricatrix Iudæ.* Aſinus autem ille, quo vtebatur Abraham tunc, inſenſata erat ſtultitia Iudæorum. Illa planè bruta ſtultitia omnia ſacramenta portabat, quæ tamen quid ferret velut irrationale animal ignorabat. Iã verò quid eſt quod dictum eſt eis, *Expectate hîc cum aſino, poſtquam autem adorauerimus, reuertemur ad vos.* Audi Apoſtolũ, *Cæcitas*, inquit, *ex parte in Iſraël facta eſt, vt plenitudo Gẽtium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.* Quid eſt enim quod dicitur, *Cæcitas in Iſraël facta ex parte?* hoc eſt videlicet, *Expectate hîc cũ aſino, vt plenitudo Gẽtiũ intraret.* hoc eſt, poſtquam adorauerimus: vbi videlicet ſacrificiũ Dominicæ paſſionis impletũ per omnes Gentes fuerit prædicatum. Quod autem ſequitur, *& ſic omnis Iſraël ſaluus fieret*: hoc eſt, reuertemur ad vos. Quid eſt autem quòd aries inter vepres hærens cornibus inuenitur, qui pro Iſaac immolatus offertur? Crux nempe cornua habet: duo ſiquidem ligna inuicem compinguntur, &

sic crucis speciem reddunt : hinc est enim quod de Christo scriptū est, *Cornua sunt in manibus eius.* Hærens ergo cornibus aries, Christus est crucifixus inter aculeatas & vulnificas Iudæorum iniquitates. Sicut ipse per Hieremiam cōqueritur, dicens : *Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus hic.* Peracto sacrificio dicitur Abrahæ, *In semine tuo benedicentur omnes Gentes.* Et postquam Dominus dixit, *Foderunt manus meas, & pedes meos*, paulò pòst in eodem Psalmo subiecit : *Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius omnes patriæ Gentium. Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur Gentium.* Oblato itaque Abraham filio, & pro eo ariete immolato, appellauit nomen loci illius, *Dominus videt*, quia Dominus noster postquã in ara crucis oblatus, mortis nostræ debitum soluit, videndum se deinceps fidelium suorum obtutibus præbuit, vt nimirum redempti omnes illum iam per fidem inueniant, qui eatenus fidei oculos non habebant.

CAPVT

CAPVT XXVI.

De Lia & Rachel vxoribus Iacob.

PORro non est obscurum, quòd Laban duas filias habuit, quarum iuniorem Iacob in coniugium copulauit, ad cuius tamen amplexus peruenire non potuit, donec maiorem ignarus atque ideo inuitus accepit. Sed quia rem scientibus loquor, non mihi multis elaborãdum est verbis. Laban quippe dealbatio interpretatur. Quis autem ad Deum conuertitur, nisi vt deposita peccatorum nigredine, per remissionis gratiam dealbetur? sicut ipse pollicetur, dicens, *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Quod fœlix ille peccator postulabat, cùm diceret: *Mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Lia interpretatur laborans, Rachel verbum siue principium. Sed si Scripturam diligenter attendimus, nec vno quidem die seruisse Iacob propter Liæ desiderium reperi-

mus,

mus, ſed per totas illas annorum hebdomadas pro ſola Rachel ſeruituti ſubiacuit. Inſuper & ipſam Liam ad illius intuitum tolerauit. Quis ad Deum idcirco conuertitur, vt labores & ærumnas, ac tẽtationum certamina patiatur? Omnis enim Deum quærentis intentio hoc ſperat, ad hoc ſpectat, vt ad requiẽ quandocumque perueniat, & in ſummæ contemplationis gaudio, velut in pulchræ Rachel amplexibus, requieſcat, videlicet, vt per verbum quod audit, aſcendat ad videndum principium quod quæſiuit. Sed neceſſe eſt, vt hunc diuerſorum certaminum labor exerceat, antequam ad quietis intimæ ſuauitatem, quam concupiſcit, attingat. Priùs ſeruitute deprimitur, vt iure poſtmodum ad perfectæ libertatis titulos prouchatur. Septẽ verò annis ſub dealbationis gratia ſeruit, & cum ſeptem ea quæ ad proximi dilectionem pertinent Decalogi mãdata cuſtodit, videlicet vt primò timore conſtrictus, atque ideo ſeruitutis iugo depreſſus, ſaltem à vetuſtæ legis incipiat inſtitutis, vt nimi-

rum parentes honoret, vt non mœchetur, non occidat, non furetur, non falsum testimonium proferat, non vxorem alterius, nec rem proximi concupiscat. Quibus ritè seruatis, non mox, vt sperabat, ad contemplationis oblectamenta perducitur, vt velut expectatæ diu Rachel pulchritudine perfruatur: sed Lia sibi per noctem inopinatò supponitur, quia inter humanæ huius ignorantiæ tenebras tolerantia sibi laboris iniungitur; ex qua tamen iam numerosam sobolem suscipit: qui vberes spiritualis lucri per hunc laborem fructus acquirit. Hanc itaque tolerat, vt ad illam quandoque perueniat, quæ perseueranter amat. Suadetur ergo, vt per alios septem annos seruire desudet, quia profectò necesse est, vt adhuc alia septem præcepta obseruet, sed iam aliquantò liberior, non legalia tanquam seruus, sed Euangelica sicut gener. Videlicet, vt sit pauper spiritu, sit mitis, lugeat, esuriat, sitiátque iustitiam, sit misericors, mundum cor habeat, sit postremò pacificus. Enimuerò vellet

homo,

homo, si fieri posset, nullas laborum molestias agendo vel proferre, sed protinus in ipsis sui tyrocinij rudimentis ad pulchræ contemplationis delicias peruenire, veruntamen hoc non in terra morientium fit, sed in terra viuentium. Quod significare videtur illud quod ad Iacob dicitur, *Non est*, inquit Laban, *in loco nostro consuetudo, vt minores antè tradamus ad nuptias*. Nec absurdè maior appellatur, quæ prior est tempore. Prius est enim in Domini eruditione labor boni operis, quàm requies contemplationis. Expleris itaque duabus, altera videlicet legis antiquæ, altera Euangelicæ gratiæ, mox ad diu desideratæ Rachel peruenitur amplexus: quia quisquis pertingere ad diuinæ contemplationis oblectamenta desiderat, priùs necesse est, vt vtriusque Testamenti peragere mandata contendat.

CAPVT XXVII.

De Bala & Zelpha.

SEd quia electus quisque perfectionis suæ limite non contentus filios & ideo gignere speciali fœcunditate desiderat, postquam coniugale fœdus Iacob cum duabus sororibus iniuit, ad propagandum vberioris germen sobolis, ancillas quoque ad generandi vsum suscipere non refugit. Atque vt omnia intelligãtur spiritualibus redũdare mysteriis, ipsa quoque ancillarum nomina sub mysticis sunt prænunciata figuris. Nam Bala interpretatur inueterata, sanè quia intellectum spiritualis substantiæ nudis verbis humana lingua nequit exprimere, præcepta sapientiæ per quasdam corporeas similitudines audientem nititur informare. Hac autem vita carnalibus sensibus dedita corporeæ cogitãtur imagines, quarum videlicet ad docendum vsus assumitur, cùm aliquid ex incomprehẽsibili & in-

com

commutabili essentia diuinitatis auditur. Rachel itaque maluit vtcumque filios ex ancilla suscipere quàm omnino sterilis permanere: quia doctrina sapiẽtiæ sine gratia contemplationis per exteriorem scientiam, vel visibilium rerum formas, auditoribus intimat quidquid de inuisibilibus intra arcana occultat. Et sic quodãmodo per ancillam filios accepit, dum per eam, quæ sub se est, scientia spirituales Deo filios parit. Zelpha verò interpretatur os eius. Hæc igitur ancilla illos figurat, quorum in prædicatione Euangelicæ fidei, os quidem hiat, sed cor non hiat; de quibus videlicet scriptum est: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me*; & de quibus Apostolus, *Qui prædicas*, inquit, *non furandum furaris*: verũtamen ex hac ancilla cohæredes futuros aliis Lia filios accipit, quia sæpe per tales prædicatores actiua vita multos regni filios adoptauit. De quibus Veritas dicit: *Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite.* & Apostolus *Siue*, inquit, *occasione, siue ex veritate annuntietur, & in*

hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Hoc autem vobis conſiderandum eſſe perpendimus, quia ſicut Iacob ſolius Rachelis intuitu omnes illas mulieres accepit, ex quibus filios genuit, ſic quiſquis ſub dealbationis gratia conſtitutus, fructificare Deo ſpirituali fœcunditate deſiderat, neceſſe eſt, vt per omne, quod agit, ad contemplationis gratiam ſemper tendat.

CAPVT XXVIII.

Quòd Rachel nomen filij ſui Benjámin vocauit.

EGrediente anima, Rachel præ dolore & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei. Pater verò appellauit eum Benjamin, id eſt, filius dexteræ. Per Rachel enim, Eccleſia non immeritò deſignatur, quæ nimirum & ad inſtar ouis innocẽter viuit, & per ſtudiũ contemplationis ad videndam Redemptoris ſui ſpeciem medullitùs inardeſcit;

qui

qui de se requirentibus Iudæis ait, *Ego principium, qui & loquor vobis.* Per Benjamin verò, qui nascente matre emoritur Rachel, designatur Paulus, quem de hac stirpe extitisse nemo est qui dubitet. Et Benjamin bene nascente matre emori dicitur, quia appropinquante ad lucem nouę regenerationis Saulo, persecutionibus Ecclesia per eum grauiter impugnatur. Sicut Lucas in Actibus Apostolorum, *Saulus*, inquit, *deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam.* Congruè itaq; Rachel Benoni, id est, filiũ doloris nostri curat, quẽ Iacob Benjamin, id est, filiũ dexteræ nũcupat; quare Paulus, qui matris Ecclesię dolor extiterat, qui eam quodãmodo, dũ nascereturr, impugnãdo peremit, à Deo Patre filius dexteræ est appellatus, dum per eum diuina potẽtia aduersùs Gentes, quasi per fortem suam dexterã, dimicauit, verborũ iacula valenter intorsit, salubres cordiũ plagas intulit, & per eũ, deuictis atq; prostratis hostibus, cum gloria triũphauit. Hinc est, quod idẽ Paul⁹ ad Galatas ait:

Cùm placuit autem ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filiũ suum in me, vt euangelizarem eum Gentibus, continuò non adquieui carni & sanguini. Non ergo immeritò filius dexteræ Paulus vocatur, per quem omnis Gentium multitudo, quæ ad dexteram Dei ponenda est, ad fidei sacramenta colligitur.

CAPVT XXIX.

Iod Onan inuenit aquas calidas in solitudine, dum pasceret asinos patris sui.

ISte est Onan qui inuenit aquas calidas in solitudine, dũ pasceret asinos Sebeon patris sui. Hoc planè quantùm ad literã videtur friuolum. Quid enim pertinet sacrę Scripturę, vt referat, quia custos asinorum aquas reperit in deserto? Sed vbi in sacris literis nulla videtur vtilitas, ad spiritualem intelligentiã necesse est, vt mẽs recurrat. Quid est enim per figurã, Onã in solitudine patris asinos pascere, nisi spiritualẽ quempiam

virum

virum,cui Deus pater eſt,ſimplices fratres ſub diſciplinæ remotioris ſtudio cuſtodire ? Et quid eſt aquas calidas inuenire , niſi in compunctionis lacrymas,quæ de feruore ſancti Spiritus eliciuntur,erũpere?Nam & ipſa interpretatio nominum huius figuræ non refugit intellectũ. Onan ſiquidẽ dolor triſtitiæ eorũ , ſiue muſitatio vel murmuratio interpretatur.Quiſquis enim verę cõpũctionis triſtatur dolore , quaſi ſub quadá querula muſitatione aduersùm prauitatẽ vitæ ſuæ murmurare cõpellitur. Ipſe quippe in æquitate principaliter ſtat , quia iuſtitiæ rectitudine nulla neceſſitate coactus exorbitat.Onan ergo dũ patris ſui Sebeon aſinos paſceret, aquas calidas reperit , quia quiſquis ſe per vitę rectitudinẽ Deo filium exhibet, ac de peccatis ſuis medullitùs dolet,dũ ſe reddit in peruigili fratrũ cura ſollicitum,diuino munere percipit gratiam lacrymarũ. Nam & beata illa peccatrix priùs pedes Domini vngento perunxit. poſtmodùm alabaſtrũ vngenti pretioſi ſuper caput recumbentis effudit Caput

Christi Deus : pedes Christi, serui Dei. Sicut enim illa dum humanitati Christi dependit obsequium, ad diuinitatis attingere meruit intellectum; sic Doctor Ecclesiæ dum membra custodit, contẽplandæ diuinitatis gratiam percipit.

CAPVT XXX.

Descendit Iudas in Thamna ad tondendas oues.

DEscendit Iudas in Thamna ad tõdendas oues cum Hira opulione gregis sui Odolamitæ. Thamnas autem deficiens interpretatur, per quam videlicet Synagoga, in qua Reges & Prophetæ defecerant, simul & vnctio, donec veniret cui repositum erat, ostenditur. Vnde etiam per Prophetam dicitur : *Cùm venerit Sanctus Sanctorum, cessabit vnctio.* Quid itaque per Iudam, qui ad tondendas oues in Thamnas venit, nisi Redemptor noster intelligitur, qui, vt oues, quæ perierant domus Israël, exoneraret peccatis, ad Synago-

gam

gam veniſſe cognoſcitur? Vnde Sponſus ad Sponſam in Canticis: *Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcenderant de lauacro.* Venit itaque Iudas ad tondendas oues, non quidem ſolus, ſed cum paſtore ſuo Odolamite, cui nomen erat Hiras. Quid per Odolamitem, niſi Ioannem intelligimus? Interpretatur Odolamites autẽ, teſtimoniũ in aqua. Cum hoc planè teſtimonio venit Dominus ad aquas Baptiſmatis, habens quidem maius teſtimonium Ioannes, ſed propter infirmas oues, hoc teſtimonio vti dignatus eſt in aqua. Vnde cùm videret eum ad Iordanis fluenta propinquantem, protinus exclamans ait: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et Euangeliſta dicit, *Teſtimonium perhibuit Ioannes*, dicens, *Quia vidi Spiritum deſcendentem tanquam columbam de cœlo, & manentem ſuper eo, & ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Cui ſanè viſioni & nomen paſtoris illius

aptiſſimè congruit. Interpretatur enim Hiras, fratris mei viſio, erat quippe Dominus frater Ioannis, non modò ſecundùm ſemen Abrahæ, ſed & iuxta cognationé MARIÆ & Elizabeth. Vidit itaque Ioannes fratrem ſuum adhuc clauſum in vtero, vidit in Baptiſmo; vidit oculo carnis hominem, vidit in Spiritu maieſtatem. Vnde vtriuſque huius nominis interpretationem, Hiras videlicet, quod eſt fratris mei viſio, & Odolamites, quod ſonat teſtimonium in aqua, idem Ioannes ſub vnius ſententiæ verſiculo comprehendit, dicens: *Ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.* Veniéte ergo Iuda ad oues tondendas, Thamar mutat habitum, quia mutat ſpirituale vocabulum. Thamar quippe commutans interpretatur: nam de Synagoga fit Eccleſia.

FINIS.